



INSTITV=||TIONVM IVRIS CA-||NONICI LIBRI|| QVATVOR.||

Cucchi, Marco Antonio

Coloniae, 1564

VD16 ZV 4150

Institutionvm Ivrис Canonici Liber Primvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62908](#)

vij.
vij.
ix.
x.
xi.
xij.
xij.

INSTIT¹⁵
TVTIONVM IVRIS
CANONICI LIBER
PRIMVS.

De Iure Canonico.

Tit. I.



VS Canonicum
(id est, constitu-
tio ecclesiastica,
a) nihil aliud con- a dist. iii.
tinet, quā quod *in summa*.
in diuinis scriptu-
ris, & legibus in-
uenitur : diuinæ

verò leges natura consistunt : quò fit,
vt quæcunque diuinæ voluntati, seu
canonicæ scripturæ contraria proban-
tur, eadem etiam naturali iuri inue-
niantur aduersa: & quæcunque diuinæ
voluntati, seu canonicæ scripturæ, seu
diuinis legibus postponenda censem-
tur, eisdem naturale ius præferri opor- b c. fi. dis-
teat. b Hoc autem vocabulo Iuris Ca- stin. ix.

A 7 nonici

14 INSTIT. IVR. CANO.

nonici appellatur, quod normam re-
ctè & benè viuendi præbet, vel quod
distortum prauumque corrigit. nam,
Canon, Græca vox, Latinè, Regula,
interpretatur.

Constat autem Ius Canonicum, ve-
x constitutionibus in generali Chri-
stianorum Concilio statutis, quas pro-
prio nomine Canones vocant, vel his
quæ à sum. Pont. nunc solo, nunc Pa-
trum Cardinalium Concilio adhibi-
to, vel vltro, vel etiam aliquo interpel-
lante factæ sunt, & omnes indistincte
adstringit. Quod verò in concilijs sin-
gularum prouinciarū, aut synodis per
Episcopum vocatis ius statuitur eius
prouinciæ, ciuitatisue, & diœcesis ho-
mines duntaxat deuincit.

Sunt tamen & quædam leges priua-
tæ, quæ vel odio, vel fauore alicuius
speciali, contra communes iuris nor-
mas factæ sunt, quæ priuilegia appel-
lantur, nec ad exemplum sunt trahen-
da. Sed & consuetudinis, id est iuri
illius, quod moribus instituitur, no-

d c. regus-
la. in fi. di-
stin. ii.

e c. consue-
tilis est authoritas, nam pro lege susci-
tudinis. xi. pitur, cum nec sacris canonibus, ne-
dīst. c. fin. humanis legibus obuiat. e At cum le-

de consue.

gum Pontificiarum constitutio deest

O. LIBER PRIMVS. 15

m re- nec vlla consuetudo extat, secularium
quod leges adiri possunt. f

f c. i. vbi

nam, Hoc cuiusuis constitutionis pro- not. & nou.
gula, prium est, vt futuris negotijs scripta oper. c. i. &
n, ve intelligatur, non præteritis, nisi id ex- seq. dist. x.
Chri- presserit. g

g c. ii. de
s pro- constit.

el his, De Rescriptis.

ic Pa- Tit. II.

thibi- **S**olent etiam Rom. Pontifices Epi-
erpel- stolas non nunque ad lites, vel be-
tincte- neficia subditis dare, quæ rescripta ap-
js sin- lantur, quorum cum frequens admo-
lis per- dum in iure nostro sit mentio, cumque
t eiui- ius inter partes statuant, a non ab re a **Docto. in**
is ho- fuerit hoc loco pauca admonere. Hæc **rubri**.
priua- igitur prima lex in rescriptis sancita
ic cuius- est, vt hæc cōditio, **SI PRECES** ve-
s nor- ritate nitantur, illis semper inesse in-
appel- telligatur. Et quodcumque rescriptum b **c. ii.**
ahen- causæ inhibuerit cognitionē, falsi sus-
t iuri- pitione non caret. b **c. c. ad aus**

, no- Nec illi rescripto standum est, quod **dientiā. i.**
susci- manifestum contineat in constructio-
s, ne- ne peccatum. c Literæ tamen vnius de- d **c. ex par**
um le- fectus rescriptum non vitiat, veluti, si **te. vbi glo.**
deest spiliarunt pro spoliarūt, O figura omis- de fide ins-
ne scriptum sit. d **stru.**

Ordo

16 INSTIT. IVR. CANO.

Ordo autem & structura rescripti verborum interpretationem à iure accipit. e Finge exempli causa, Pontificem ita rescriptsse: si alterutra par legitimè citata vos adire, aut iudicio vestro parere contempserit, vos praesentis partis probationes admittere & quantum de iure poteritis, in causa cognitione, & decisione procedente differatis: hic quippe verborumordo præposterus est. nam cum ex regula probationes non nisi lite contestata admittantur, ex supradicta oratione tamen mandari videbatur, ut parte absente, atque ita non contestata lita admitterentur: sed quia hoc iuri aduersaretur, clausula illa, QVANTVM de iure poteritis, in anteriorem locum est transferenda post illa verba, VOS praesentis partis: ut hic sensus resultet, probationes parte absente accipiendas, quatenus ex iure liceat. f

Rescriptum per mendacium aut *ve-*
g. Fel. c. ad ritatis occultationem impetratum ad
audientiæ. beneficia, nullius momenti ipso iure
ii. nu. 17. & censetur: ad lites verò hac arte obten-
22. & c. su- tum rescriptum exceptione opposita
per literis. refellendum est. g

Rescriptum posterius priori praef-

O. LIBER PRIM VS. 17

scripti
re ac
ontifi
a par
udicie
s pra
ttere
n cau
eden
im or
regu
testa
ratio
parti
ta litt
ri ad
A N
oren
erba
us re
acci
it ve
m ad
iure
oten
osita
præ
fer
fertur, de quo mentionem habet. h & h c. cæterū
speciale generali: i extra quos casus an- f. i. docu.
tiquius præfertur, modo segnis nō fue- i c. c. pasto
rit illius impetrator in eo reddendo, ratis. f. quo
vbi nullum certum beneficium in eo niam. c. c.
designaretur, k & dummodò in rescri- studiisti. de
ptis ad lites exceptio fuerit posteriori offic. lega.
opposita. l k Abb. c.

Qui plura contra cundem, super capitulum.
eadem re, ad diuersos iudices rescri- num. 4.
pta retulerit, nullam inuicem ha- 1 c. si autē.
bentia mentionem, omnibus vtinon c. plerunq;
erubescens, omnium commodo ca- c. cæterum.
rebit: m

Ab. rbi sua

Nunc admonendi sumus ius cano- præ. nu. 8.
nicum, aut circa personas versari, aut m c. ex tea
circa res, aut circa ecclesiæ sacramen- nore.
ta, aut denique circa iudicia: de qui-
bus omnibus est nobis sigillatim his
libris explicandum: & primū de per-
sonis, quarum causa cætera omnia ad-
inuenta sunt.

De Ordinibus Clericorum.

Tit. III.

D Vo sunt Christianorum genera
alterum quod mancipatum di-
uino officio, & deditum contempla-
tio-

18 INSTIT. IVR. CANO.

a c. cum se- tioni, & orationi à temporalium stre- cundum. de pitu vacare conuenit: qui appellan- præben. & tur clerici, id est in sortem lecti. nam c. clericus. eos potissimum Deus sibi delegit. ^a Al- xii. q. i. terum genus est eorum, qui laici vo- cantur, id est, populares. ^b Superiù

b cap. duo Christianorum genus in duo generi sunt xii. diducitur. nam aut seculares sunt cle- quæst. i. rici, aut regulares, qui & religiosi vo- cantur, quia omnium maximè religio- ni inseruire profitentur, de his infra se- paratim tractabitur.

c c. vn de Horum omnium clericorum no- cle. persal. llicitudo. lii. uem sunt ordines, seu gradus. nemo dis tinc. c. fi. enim potest nisi per gradus ecclesiæ ad xlvi. dist. summum sacerdotium peruenire: nam

casum appetit, quicunque ad summum d c. cū con- loci fastigia postpositis gradibus pe- tingut. vbi abrupta quærit ascensum. ^c glo. & doct. Infimus ordo esteorū, qui primas de etat. & tonsuram tulerunt, quos psalmistas vo- qual. cant: nam & hic iure nostro inter ec- e c. clericos. clesiasticos ordines refertur: d quare vbi gl. xxi. nec quisquam in eos citra excommu- distin. c. si nicationis pœnam manum iniuriosam quis sua- inijciet. ^e

dente dia- Quatuor deinde sunt ordines, sei- bolo. xvii. gradus, qui tametsi non leuibus priu- q. i. ù glo. legijs fruantur, & sacri sint, quia tamen

hi

IO. LIBER PRIMVS.

19

his comparati, de quibus mox sumus ^f c.i. à Ab. dicturi, tenuiores habentur, idcirco sa- num 6. de crorum ordinum appellatione regula- consecra. riter non veniunt, sed minores vocan- alt. Gemi. tur: qui sunt Ostiarij, Lectores, Exorgi- prob. sex. stæ, & Acoluthi, quibus omnibus sua vbi gl. ver. sunt munia sigillatim diuisa. Episcopus.

Supra hos sunt alij quatuor ordi- Abb. d. cap. nes, quos mox dicebamus, vel sacros, cum contin vel maiores appellari: hi sunt, subdia- gat. Fel. ca. coni, qui infimi sunt, mox Diaconi, de- sicut pro hinc Presbyteri, & supremi Episcopi. certo. de si. explosa est enim eorum sententia, qui mon. Episcoporum extare ordinem discre- g ca. à mul tum inficias ibant. Item quamuis Vr- tis. de ætat. bani secundi temporibus subdiaconi & qualita. sacris ordinibus non annumerarentur, cap. mira ideoq; nemo ex eo ordine ad Episco- mur. vbs patum eligi posset, Innocentius tamen glo. de Seru. Tertius declarauit hunc quoque ordi- non ordin. nem sacrū esse, & ex eo ad Pontificiam Abb. cap. dignitatem eligi quem posse. g non potest.

Supremus igitur est ordo Episcopo- nume. 4. & rum, qui hoc nomine decoratur, quod colū. iii. de populorum sibi creditorum mores spe re iudica. culari debeant. Et hi in quatuor classes h d. capit. diuisi sunt, videlicet simplices Episco- cleros. & epis pos, Metropolitanos, Archiepiscopos, scopus. xxii. & Patriarchas. h distin.

Epif-

20 INSTIT. IVR. CANO.

Episcopi singulis ciuitatibus cur
diœcesi præsunt.

Metropolitani, qui & Archiepisco
pi quandoque nuncupantur, singuli
prouincijs præsident. prouincia au
tem dicitur, quæ habet decem, au
vndecim ciuitates. i Archiepiscopi se
Primates dicuntur, quibus Metropo
litani subiiciuntur, cæterique eius pro
uinciæ Episcopi: eiusmodi sunt Can
tuarien. Aquileien. & Bituricen. & h
k c.cleros. Patriarchæ interdum appellantur. k
pertotum. Patriarchæ tamē propriè sunt, illi sum
i.distin. et mi Patres, qui primum post sum. Pont
c.si quis epi locum obtinent. Quatuor enim sunt,
scopus. & videlicet, Constantinopolitanus, Ale
c.si inter xandrinus, Antiochænus, & Hiero
episcopos. lymitanus. hic enim ordo inter eos ex
ri. q. iii. Conclilio generali Innocentiano ho
die seruatur, quamuis olim Alexandri
no prima sedes post Romanum com
peteret. I omnes tamen hi quatuor eo
dem Episcoporum ordine cōtinentur,
quamuis alias alio latiorem habeat iu
risdictionem, & hac de causa nominin
i summa. bus etiam distincti sint.

1 cap. an
tiqua.de
privileg.
dist. xxii.
in summa.
vbi glo. &
cap.sacro-
sanct.Rom. testatein
Quin & ipse Roman. Pont. eodem
Episcoporum ordine censetur, sed po
enim

NO. LIBER PRIMVS. 21

us cu enim vrbis Romæ, seu verius vniuersi *in fi. & cap.*
 terrarum orbis Episcopus, m quamuis *sanct. & Ro-*
 episco *vinces suas sic alijs impariuit ecclesijs, mana eccl.*
 singul *ut in partem sint vocatæ sollicitudinis, in extraua-*
 cia au *non in plenitudinem potestatis. n*am *gut. comm.*
 n, au *vna est à Christo ecclesia per totum de elect.*
 opise *mundum in multa membra diuisa. & m Glo. pro-*
 tropo *Episcopatus vnu multorū Episcopo- hæ. sex vero*
 us pro *rum concordi numerositate diffusus. o sicut Episco-*
 t Can. *Erant etiam olim quidam, qui Cor-*
 n. & h *pus. Fel. ca.*
 ur. k *episcopi dicebantur, Episcopis qui-*
 li sum *cum nobis.*
 Pont *dem inferiores, presbyteris autem ma-*
 sunt, *num. 5. de*
 Ale. *liores, & non solūm ciuitatibus, quem- præscript.*
 roso- *admodum Episcopi, sed etiam vicis n cap. deo-*
 eos ex *præfici poterant, sed eorum hodie ab-*
 ho- *holitus est usus. P creto ad fi.*
 indri *Cardinalatus autem dignitas, & of- & c. qui se*
 com- *ficium est, non ordo, q quod vel ex eo scit. ii. quæ-*
 reo- *cognoscere licet quod alij Cardinales s. vi. &*
 itur, *Episcopi nuncupantur, alij Cardina- cap. multi-*
 t iu- *les Presbyteri, alij Diaconi. nemo au- stupeo. ad*
 uni- *tem cardinalis efficitur, qui infra Dia- finem. iii.*
 non sit. *conorum ordinem sit: quemadmodum quæst. vi.*
 r Habent tamen Cardinales *vii. q. i.*

dem pro- p d.c. eccl
 po- siis. c. quamuis. & cap. Corepiscopi. lxviii. dist. q Felin.
 . est in rub. de maior. & obe. r Abb. c. extirpandæ. s. quia
 nim vero. num. 7. de præb. cler. vt hi. de at. & qual. vbi glo.

22 INSTIT. IVR. CANO.

propter eius dignitatis prærogatiuam
Pontificiam Iurisdictionem in eccl

sijs sibi in titulum assignatis, alijsq[ue]

3 Ab. c. his ipsi titulo subiectis, etsi ipsi in Epis-
que de max coporum ordine cooptati non sint

ior. ex obed. Horum officium, & potestas est, sum-

ii. not. per mum Pontificem eligere, eiusque la-

illum tex. teri hærere, vt consilium suum monit

Feli. c. cum in grauissimis quibusque ecclesiæ Ro-

venerabilis man. negotijs impertiri possint. t quo-

num 34 de vt omnino obseruent, non multis a-

excep. ex hinc annis in generali Concilio Late-

est con. se= ranen. sub Leone. X. statutum est.

cundū Man Hinc & hi fratres à summo Pontif-

dos. in reg. ce appellari solent, modò, vbi singul-

vii. quæst. appellantur, Episcopi sint: sic & Epi-

ii. num. 10. scopus Canonicos fratres nuncupan-

t Doct. in solet.^u

rub. de cōst. Altera est clericorum diuisio, quo-

rbi Fel. col. alij officium habere dicuntur, alij di-

ii. ex Be. gnitatem, alij personatum.

u Ab. c. no Et dignitas quidem est ecclesiasti-

nit. col. iii. carum rerum cum iurisdictione admi-

de his que nistrandarum potestas. vnde Episcopa-

fi. à prælat. tus licet ordo sacerdoti, tamen digni-

c. i. in fin. tem etiam habet. & hinc Cardinale-

rbi glo. de quoque in dignitate constitutos es-

offic. lega. diximus. in quo numero etiam censem-

in vi. tur Archidiaconus, & Archipresbyter.

Abbas

NO. LIBER PRIMVS. 23

Abbas, Præpositus, Prior, & quiuis collegiatæ ecclesiæ præfecti, quocunque nomine vocentur, omnes dignitatem habere dicuntur. ^x Personatus est prærogatiua in ecclesia omni ^{multa. nu-}ca-
renс iurisdictione: veluti, si quis se-^{me. 22. Fel.}
dem habeat præ cæteris in choro emi-^{rubri. de ofa}
nentem. Officium autem est ius admi-^{fic. deleg.}
nistrandarum rerum ecclesiæ sine iu-
risdictione. ^y

Alij verò sunt, qui neque officium, ^{de multa.}
neque dignitatem, neque personarum ^{Feli. d. rub.}
habent, sed priuati clerici sunt, quam-^{Io. de Sel.}
uis interdum iurisdictione aliqua non ^{trac. de be-}
careant: veluti simplices Ecclesiæ Re-^{nef.}
ctores. ^z Ecclesiæ autem cathedralis ca-^{z Abb. c.}
nonici, his, qui in dignitate sunt, ferè ^{cum contin}
comparari possunt. ^{aa} Et hæc satis sit ^{gat. numer.}

dixisse de ordinibus clericorum. ^{31. de foro}

Nunc videamus qui ad di-
ctos ordines admitte-
re, quiue admitti
possint. ^{compe.}
^{aa c. status}
^{tum. de res}
^{scri. in vi.}



De

24 INSTIT. IVR. CANO.

De his, qui potestatem habent ordinandi, & literas commendationis, seu dimissorias dandi.

Tit. III.



Rdines igitur suprascriptos assignandi potestas penes Episcopos est, qui tamen caueant, ne in alienam messem falcem immittant, alienos subditos ad ordines promouere, sibi arrogantes licentia ab eorum Episcopis non habita, nam, si hoc admiserint, totum annum ad ordines quempiam cooptandi potestate interdicti erunt, qua re vulgata poterunt eorum subditi etiam sine venia à vicinis Episcopis ordinibus associari. a Episcopo autem quis tribus modis subesse potest, origine, sacerdotio, & domicilio. b

a c ii. de
temp. ordi.
in vi.
b c. cum
nullus. ibi-
dem.

Cæterum alij prælati Episcopis inferiores tam religiosi, quam seculares, putà Abbates, Archipresbyteri, Archidiaconi non possunt clericis subditisue suis potestatem facere alienos Episcopos adeundi, vt ab eis ad or-

ad ordines promoueatur, nisi hoc pri- c d.c.cum
uilegium speciale eis à summo Ponti- nullus. vbi
fice concessum sit. c glo.

Nec officiales Episcopi literas com-
mendatitias dandi ius habent: nisi man-
dato speciali à suo Pontifice hoc iuris
habeant: vel nisi Episcopus in oris agat
longinquis: tunc enim eius vicarius ge-
neralis in spiritualibus commendati-
tias literas dabit. at si inter regnum sit,
capitulum, vel his ad quem sede va-
cante spiritualium deuoluta fuerit ad- d d.c.cum
ministratio, huiusmodi literas con- nullus.
cedent. d

Presbyter quoque qui Episcopalem e c. cū cons-
in laicos habet iurisdictionem, & Ab- tingat. vbi
bas Presbyterorum ordini associatus, Ab. de et a.
& benedictionis munere donatus, pos- ex qual. c. i.
sunt psalmistas creare. e vbi glo. di-

Præfecti locorū non exemptorum, stin. lxix.
eorumq; socij ab Episcopis promoue-
ri possunt, quorum in diœcesi resident, f d.c.cum
quamdiu ibi morantur, quamuis inde nullus. g. fi.
oriundi non sint. f g c. cum se

Græci à Latinis, & versa vice, vbi cundum. c.
eorum ritus differunt, ad ordines pro- quod ad
uehi non possunt, ne rituum fiant com translatio
mixtiones. g Sed in cōcilio generali In- nē. de temp.
nocētiano prouisum est, vt Episcopus, ordi.

B qui

26. INSTIT. IVR. CAÑO.

qui varios linguis, & ritibus populo
regit, viros idoneos præficiat, qui iu
h c. quoniā xta eorum ritus eis sacramenta eccl
in plerisq;. siastica sufficient, & diuina officia ce
de offi. ordi. lebrent. h

At si quis transalpinus ab Italo Epi
scopo ordinum confociationem post
let, non debet eum Episcopus promo
uere, nisi vel à summo Pontifice spe
cialem licentiam habuerit, vel Episco
i c. i. rbi gl. pi, cui ille subest, literas patentes lege
ver. Italie. rit, quæ causam ad hoc idoneam testet
de tēp. ord. tur, quare ipse noluerit, aut non po
in vi. tuerit ad ordines petitos admittere. i

Non omittendū est eum, qui à sum
mo Pōtifice ad aliquem ordinem eue
k c. cum in ctus sit, non posse ad sublimiores ordi
distribuen^s nes pariter ab alio, quæ à summo Pon
dis. de tem^s tifice promoueri licentia ipsius summ
po. ordi. Pontificis non impetrata. k Non ideo
1 c. per tuas tamen ordinarij subtrahitur potestati
de mai. & Episcopus aut̄ magis proprio vocabulo
obedi. cōsecrari dicitur, tametsi & hunc ordi
nem esse supradixerimus. de quo alias.

*Qui promoueri ad ordines non pos
sunt. Tit. V.*

Non tamen cuicunque petenti est
supradictorum ordinum aditus
pate-

patefaciēdus, certæ enim personæ prohibentur, quibus cognitis simul intelligemus, quæ admitti soleant. Primum a c. i. de ser. clericus fieri non potest seruus.^a qui ta *non ordin.* men matre est ingenua editus, & si patrem habeat seruum, cum seruus ipse b c. f. e. non sit, ab ordinibus non arcetur.^b titus.

Item qui sunt ex fornicatione, præsertim à presbyteris nati, ad sacros ordines non ascendunt, nisi ut monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viuentes: nullo tamen modo ad præfecturas admittuntur.^c Nec tamen adimitur Episcopo facultas indulgendi illegitimis, ut ad minores ordines, & beneficia simplicia, & cura animarum soluta peruenire possint: ad maiores autem ordines, & beneficia cum cura ascendere cupientes sedem d c. i. eod. Rom. adire eos oportet.^d tit. in vi.

Item bigami, & qui ex Agathensi concilio sibi indictam pœnitentiam e c. i. de bis subierunt, ad sacerdotium non admittuntur.^e Bigamum autē intelligimus, pite. dist. l. qui duas nuptias expertus est, quamuis nunc omnino cælebs sit, & quamuis f c. iii. de bis alteram earum vxorum ante baptisma g a. c. fin. dis. habuisset. f Sed & si quis alterum con- stin. xxvi. iugiu de facto consummarit, postquam

B a morte

28 INSTIT. IVR. CANO.

morte primæ vxoris solutus ad sacros
ordines promotus erat, Bigamus annu-
merabitur propter affectum intentionis
cum opere subsecuto, licet verè bi-
gamus non existat, cùm sacramentum
non desit. Vnde & ille qui in subdia-
conatus ordine constitutus de facto
tantum, quia de Iure non potuit, duxit
viduam in vxorem, licet bigamus non
existat, nec viduæ possit propriè dici
maritus, cum inter ipsum & illam non
fuerit vinculum coniugij contractum,
cum eo tamen contra doctrinam Apo-
stoli, tamq; cum marito viduæ dispen-
sare non licet, non propter sacramenti
deffectū, sed effectum intentionis cum
opere subsecuto. g Bigamus tamen non
censetur, qui plures concubinas ha-
bet. h nec is qui mulierem ab alio viro
ductam, sed minimè cognitam duxit
vxorem, quia nec illa, nec ipse carnem
suam diuisit in plures, propter hoc im-
pediri debet, quin possit ad sacerdotiū
promoueri.¹

Item qui procuratores, actores, aut
tutores pupillorum, vel curatores fue-
k c. i. de ob- runt, non possunt nisi onere deposito,
liga. ad ra. & redditu administrationis ratione ad
tioci. ordines admitti. k

Sed

LIBER PRIMVS. 29

Sed nec admittuntur quorum cor- I c. i. de cor-
pus aliquo deffectu deformatum est, po. viii. &
veluti, qui manu carēt, vel digitis fran- c. presbytero-
gendē Eucharistię aptis. I paruus tamen rum. de cle-
corporis defectus nihil impedit, puta ri. & grot.
vnguis, vel dentis detrimētum, oculiūe m c. ii. & c.
non deformis macula. m fin. de cor-

Et potest Episcopus presbytero, qui po. vitia.
in monomachia digitī partem amise-
rit (non tamen tantam, quin possit sine
scandalo solenniter celebrare) indul- n c. i. eod.
gere, vt in ordine suo ministret: n Quē- titu.
admodum etiam potest sua, & aposto-
lica autoritate facerdoti alioqui ido-
neo sacerdotale officium permittere,
qui virilia sibi vltro amputarit credens
sibi ingens hoc facto meritum apud o c. signifi-
Deum quæstum iri, huic tamen altaris cauit. eod.
non concedet ministerium. o nisi iusta titu.
quæpiā causa ad hoc eum impulisset. P p c. ex paro
at qui in cunabulis sectus est, licitē te M.
promouetur. q q c. ex paro

Item criminibus grauibus notati nō te. B. eodem
promouentur. qui tamen criminī oc- titu.
culto, homicidio excepto, r illigatus r c. fin. de
est, ex his, quæ, si forent manifesta, de temp. ordi-
ponendo etiam delinquēti satis essent, nat.
ordinibus acceptis vti potest, acta prius
pœnitentiæ illi indictæ parte, quinimò

B 3 amicè

30 INSTIT. IVR. CANO.

s c. ex teno. amicè quidem erit monendus, vt illos
re rbi Bus. ne velit ambire. s

tri. de tēp. Illiteratus quoque non potest ton-
ordi. suram primam capere, nec coniugatus,

t c. fin. de nisi volens religionem intrare, aut ad
temp. ordi. sacros ordines promoueri: prout est sa-
in vi. cris canonibus diffinitum. t

u d. c. fin. Et cum in teneris annis non possit
vbi gl. ver. consilij, & morum maturitas vigere,
infanti. quæ ante ætatem, vt plurimum venire
non solent, idcirco certa ætas in singu-
lx glo. cle. lis ordinibus desideratur, nam primùm
fin. in fin. de ad infimum etiam ordinem nemo in-
æta. ex que fans, id est minor septem annis admit-
lita. ex glo. titur, nisi, vt religioni se deuoueat. u Ad
in summa. quatuor autem alios ordines minores,
lxxvii. dist. vbi excessit infantiam quis aspirare po-
test. x At subdiaconus anno decimo
y c. insingu octauo, Diaconus vicesimo, Presbyter
lis lxxvii. quinto supra vicesimū, Episcopus tri-
dist. d. cle. cesimo quis potest esse. y
s.

De Temporibus Ordinationum.

Tit. VI.

Certa præterea tempora statuta
sunt, extra quæ nefas sit ordinibus
quempiam aggregati, nam statis
quatuor anni tempestatibus, quibus ab
ecclesia

ecclesia indicuntur ieunia, & sabbato,
quo Christi exurgentis piè colitur &
celebratur memoria, item Sabbato,
quod diem dominicā, quæ de passione
dicitur, præcedit, quæ media quadra- a c.ordinas
gesimæ hebdomada est, sacri ordinestens. lxxv.
expleri possunt. a alijs diebus non pos- dist.
sunt, nisi ab ipso summo Pontifice, nec
consuetudine vlla hoc ius mutari po- b c. sane.
test. b & supradictis temporibus non de temp. ore
obseruatis, qui contra hæc ad ordines di.
fuerint recepti, ab illis tandiu reddi
expertes debent, donec fuerint resti- c c. cū quia
tutionis gratiam consequuti: quiq; eos dū c. sane.
admisericordia, prohibebitur alios deinceps c: literas
ad hos ordines promouere. c nec minus eod. titu.
tamen hoc modo recepti Charactere
compuncti erunt, prohibentur enim d c. consula
tantū, quæ eius ordinis exequi, quam- tationi. eos
uis intra ordinem sint. d dem titu.

Minores autem ordines quibuslibet Ab. d. c. cū
festis diebus vni aut alteri conferri quidam.
possunt. e num. 5.

Eadem autem persona eodem die e c. de es.
vel duobus cōtinuatio ieunio ad duos eo. titu.
ordines sacros ascendere nequit: qui-
nimò, si quis aliquem eodē die ad plu-
res sacros ordines admisericordia, est tandiu
ab ordinandi potestate suspendendus,

B 4 donec

32 INSTIT. IVR. CANO.

f.c.dilectus. donec gratiam meruerit obtinere. *f.
cod.tit.*

Vidimus de ordinibus clericorum, quique ad eos ordines admittantur, quiue admittēdi potestatem habeant, & quibus temporibus: Deinceps vindendum erit de officijs, & dignitatibus eorum, quæ cum electione frequenter conferantur, priùs de ipsa electione nobis dissērendum est.

De electione. Tit. VII.

*a c.i.cod.
titu.*

Ordinariū est, vt nō possit quis dignitate, aut munere aliquo præcipuo in aliquo collegio eminere, nisi ab ipso collegio ad id lectus sit, seu Episcopi, seu alterius Præfecti nomen affectet. *a* Quinimō & Pontifex ipse Rom. qui vniuersi orbis habenas moderatur Christi, vicaria opera fungens in terris, eō fastigij non nisi ex Cardinalium electione assumitur, in qua celebranda, quæ forma vel solennitas

b c. ubi peri exigatur, disertè præscripsit Gregor. X. *culū. in vi.* in generali cōcilio Lugdunensi, & Cle

ex cle. ne mens V. vnde petenda est nam hodie

Romani. ferè seruatur. *b*

Verum quia ipse Rom. Pontifex eorum primam curam gerit, quæ anima-
rum

rum salutem respiciunt, quibus dum intentus est, contingit nonnunquam ecclesiam insanis perditorum hominum furoribus & bellis vexari, quibus ut forti manu obuiam iri possit Pastore ipso interim à diuinis ministerijs non auocato, strenuo atque impigro duce opus erat, atque in Christianum nomen propenso, cuius armis & prudentia Ecclesiae hostes comprimi possent, atque ita eius ductu, & auspicijs Ecclesia conquiescere, idcirco imperator Rom. creatur: quem hodie certi Principes germani eligunt, Pon. Rom. examine praevio approbat, inungit, consecrat, ac demum corona donat, aut, si eum tanto culmine dignum non iudicarit, quia forte eum sacrilegum, vel excommunicatum, fatuum, vel hereticum aut paganum inuenerit, reiiciendi etiam potestatem habet, licet concordibus suffragijs electus effet. Sed & cum illos segnes videt, quibus diligendi Imperatoris potestas competit, potest Sum. Pont. eorum incuria animaduersa, (quæ in tantæ molis negotio omnino fugienda est) ipse ea vice hoc eligendi munere fungi: aut, si paria electorum suffragia diuer-

B § sos

34 INSTIT. IVR. CANO.

fos petentiū viderit, eius arbitrio com-
mittetur, quem ex eis consecrare, &
bilem. corona donare voluerit. c sed de huius
electione alibi diffusè: nos hic de illis
electionibus tractemus, quæ cuius
præfecto communes esse possunt.

Principio igitur sciendum est, tri-
bus modis electionem fieris solere. nam
vel omnes, penes quos potestas est eli-
gendi, repente quodam quasi diuino
spiritu afflati, nemine eorum in diuer-
sa trahente in eundem eligendum con-
ueniunt, quæ electio in optimos ho-
mines Dei voluntate quandoque inci-
dit, aut electores, seu, vt se hoc eligen-
di onere liberent, seu fortè, vt minore
turba res exitum sortiatur (quæ solet
plerunque in huiusmodi negotijs ori-
ri) in aliquos vel ex suo collegio, vel
etiam extraneos homines id muneris
ex compromisso ea vice transferunt,
aut denique (quod frequentius con-
tingit) ipsi singulas omnium sententias
inter se exquirentes eum eligunt, qui
crebrioribus prudentiorum calculis
optatus fuerit. d Ad electionem autem
faciendam omnes euocandi sunt, qui-
bus suffragiorum ius competit, modò
in prouincia sint, nam vel vno omissa
electio

d c. quia
propter.

LIBER PRIMVS.

35

electio infirmari potest. e Eligere au- e e lone
tem possunt omnes ex illo collegio, cui memorie. i.
Pastor, vel minister dandus est, modo c. corā. rbi
idonei sint. sed excommunicationi il- glo. & c. in
ligatus ius eligendi nullum habet: f nec genesi.
quis in cathedrali, aut collegiata ec- fc. illa quo
clesia, seu seculari, seu regulari suffra- tidiana.
giorum ius habet, qui in subdiacono- rbi doct. eo
rum ordine receptus non sit: g nec qui dem tit. &
ad eos ordines intra annum (cum pos- c. fin. rbi
set) promotus non est, quos dignitas, doct. de pro
personatusue, aut officium suum exi- cu. & c. fin.
git: h nec qui illi regulæ, cui pastor dan- de cleri. ex-
dus est, nondum ita se addixit, vt inter commun.
professos vel tacite, vel expressè cense- ministr.
ri possit, cum professis diligendo præ- g cle. vt hi.
lato in ecclesijs regularibus, vel mona- de etat. &
sterijs suffragari poterit: nec laici con- qualit. rbi
uersi (vt vocant) cum clericis in comi- glo.
tijis intererunt: i quanto minus laici sim h d. clem.
plices, repelluntur enim quamuis ec- vt hi.
clesia, cui præfectum dare volunt, eo- i c. ex eod.
rum in patrocinio esset, cōtraria etiam in princ. &
consuetudine non obstante. k Et quis- fi. cum glo.
quis electioni de se factæ per secularis in vi.
potestatis abusum consentit contra ca k c. sacroa.
nonicam libertatem, electionis com- sancta. &
modo carebit, & ineligibilis fiet, nec c. maßana.
absque dispensatione ad aliquam di- & vtrobij;
gnita- glo. & doc.

B 6

gnita- glo. & doc.

36 INSTIT. IVR. CANO.

gnitatem eligi valebit: Ac qui electio-
nem huiusmodi, quæ ipso iure irrita-
censetur, præsumpserint celebrare, ab
officijs, & beneficijs, per triennium pe-
nitus suspenduntur eligendi tunc po-
testate priuati.

Eligendum quoq; vnde quaque ido-
neum esse oportere nemo ambigit.

Suffragia autem pura, certaque esse
debent, non sub conditione, incerta-
ue, aut ambigua, aut alternatiua ferri,
inania enim hæc essent, & non modo
cæterorum vim non impedirent, sed
etiam illis accrescerent. ^m Nec suffra-
gium per literas absensis declaratum
valet, licet nullus ex collegio vellet ip-
sius esse procurator, nec ipse nolente
capitulo extraneum valeat deputare,
votum enim non ante scrutinium, sed
in ipso scrutinio secrete, & sigillatim
tantummodo est exprimendum. ⁿ Per
procuratorem quidem licebit votum
exarare, qui eiusdem collegij sit, mo-
dò iustè impeditus domin⁹ absit, quod
(si opus fuerit) iure iurando affirmare
eum oportebit, & dummodo ibi sit, vn-
propter. ^{§.} de vocari eum ad electionem celebrian-
illud autē. dam oporteat. ^o Procurator autem,
quem suo nomine legerit, eūdem vice
domini

I c. quis.
quis.

m c. ii. in
vi.

n c. si quis
§. fin. in vi.

o d. c. quia
propter. ^{§.}
illud autē.

NO. LIBER PRIMVS. 37

domini eligere debet, nisi speciali man p d. cap. si
dato domini ei præscriptum sit, quem quis. 9. por-
vice ipsius eligere debeat. P ro in vi.

Non tamen necesse est, omnium
suffragia in vnum conuenire, sed tan-
tum maiorem, sanioremque collegij
partem. Nec rursus satis fuerit, quem
plura competitoribus suis puncta retu-
lisce, nisi eadem dimidiam totius colle- q c. eccl. sis
gij partem transcenderent. q vestra.

Cæterum duabus electionibus fa-
ctis ea firmissima est electio, quæ op-
positam electionem duplo maiore suf-
fragiorum numero superarit. hæc enim
nisi electorum autoritate penitus su-
blata infirmari nequit, veluti excom-
municatione maiore, suspensione, de-
positione, simonia: r aut electi enormi
in scititia, aut simili exceptione opposi-
ta. s alia verò leuior exceptio electori- f c. cū nobis
bus, aut electis opposita nihil oberit,
veluti si suam ipsorum, aut electi gra-
uitatem, scientiam, integritatem illa t c. si quan-
aduersarij maiorem asserant. t do. in vi.

Sed, ne quid vos lateat, hæc forma
in electione celebranda obseruatur,
imprimis enim collegium ex suo cor-
pore idoneos aliquos homines eliget,
quorum cura sit, omnium ex collegio

B 7 senten-

38 INSTIT. IVR. CANO.

Sententias secreto, & sigillatim exquirere, & describere: illi mandato perfecto omniciatione abiecta, quicquid sequutum fuerit, palam in collegio recitabunt: quo facto non licebit electo

u c. publicis
electo.

ribus amplius vota sua reuocare, ve-

mutare. u Diuulgatione scrutinij facti

in collegio, ipsa suffragia sunt inter se

x d. e. quia conferenda, & quæ plura maiorisque propter in ponderis fuerint, eligenda, moxque prin. & fin. electio pronuncianda, x ad quod etiam y d. e. publi per superiorem, si opportuerit, compellere possunt, y nec sufficit electionem

z c. ecclesiae aliquo facto, cuiusmodi est deportatio, restra. i. declaratum esse. z

vbi doc. Electione facta ea scripturæ publicaa c. cupientem credita electo offerri debet aa octo tes. §. cates, dierum spatio, ex quo id commode possum & in test, eiusque consensus peti: quod Sp

princ. in vi. tium Nicolaus III. præfixit, cum nul-

bb c. quam lus olim terminus definitus esset, sed

fit vbi glo. iudicantis arbitrio relinquetur babil-

ver. quam le vero acceptis electionis suæ codicil-

lis, intra messem assensum suum, si eam

acceptet, præstare tenetur, nisi Prælati

alicuius, cui subsit, venia non impetrata,

nefas ei sit electionem agnoscere,

huic enim tantum temporis præterfu-

prædictum messem indulgetur, quan-

tum

citius. in

vi.

tum satis esse creditur licentia à Præ- cc d.c. quæ
lato impetrandæ considerata ipsius sit. vbi glo.
Prælati longinquitate, cc quod si ele- ver.condi-
ctioni consenserit, eam à Prælato, cui tio. in fi. &
ea dignitas vel officium, vel sacerdo- c. si religio-
tum subest, confirmari curabit, quo sus.

autem tempore id fieri debeat, multo- dd in titus.
ties variatum est, vt infra suo loco di- de cōfirmā.
cemus. dd Electionis autem ipsius ne- elecī.

gotium, qua Cathedralibus vel regu-
laribus Ecclesijs Præfectus quæritur,
tribus mensibus ab interregni die est
absoluendum, si ea sit suprema illius
ecclesiæ Præfectura: sin alia dignitas
post supremam sit, in alijs autem ec-
clesijs quævis dignitas, semestre tem- ee c. ne pro
pus habent. largius enim tempus in defectu.de
his concessum fuit, quia minus peri- Elecī.c.ii.
culum in horum vacatione versatur, vbi Abb. de
quām supradictorum. ee Hæc tamen
tempora neque iusta causa impeditis, cōces præb.
neque dignitatis vacantis scientiam ff c. quia di
non habentibus labentur. ff si vero uersitatem.
nulla iusta causa impediti, hi quibus de conces.
eligendi ius competit, hæc tempora la- præben.
bi permiserint, electione non facta, ad
proximum Antistitem deuoluetur ele-
ctio cum ijsdem temporum spacijs;
quibus item frustra lapsis in eum ca-
noni-

40 INSTIT. IVR. CANO.

gg d.c. ne nonice animaduertetur, gg atque a
pro defectu. superiorem eius prælatum immediat
vbi Ab. nu transferetur. hh Sed olim in eligendo
me.6. Episcopo negligentiam Sum. Ponti-
hh Ab. d.c. fex supplebat: i hodie autem supplebi
ne pro defes quidem, si indignus quis designatus
Etu. ex d.c. vel forma à Concilio tradita omissi
ii. num. 6. sit, secus si per negligentiam electio
ii gl. d.c. ne dilata, idque in cathedralibus dunta.
pro defes xat ecclesijs: in alijs autem ecclesijs
Etu. ver. de- nunquam immediatè summus Ponti-
noluatur. aditur, sed supradicta seruada sunt. kk
kk d.c. q. a Et hæc de Electione, quæ ex scrutinio
propter. c. fit, pauca etiam dicamus de illa, quæ ex
quaquam compromisso celebratur, In qua non
vbi gl. ver. minus hoc obseruatur, quod si à ma-
denoluetur. iori parte eorum, in quos compromis-
in fin. in vi. sum est, celebrata fuerit, mandati for-
ma ad vnguem seruata, non poterit
II c. cum di. electus recusari. II Compromissum ta-
lectus, vbi men per omnes factum esse oportet
Abl. nemine discrepante, mm & ante ele-
mm Ab. d. ctionem fieri oportet. nam compro-
c. quia pro- missum post electionē factum in præ-
pter. 9. vel iudicium electi, laudumque ex eo se-
saltē. nu. 2. quutum electo nihil nocebit. nn Si il-
nn c. cum li, in quos compromissum est, tempo-
inter cano- ra iuris labi permiserint nulla electio-
nices. ne facta, compromittentium Antistes
non

utque ad
mediat
ligendo
Pont
pplebi
gnatus
immiss
electio
dunta
cclesij
Pont
int. kk
utinio
quæ ex
a non
à ma
omis
i for
pterit
m ta
ortet
ele
pro
præ
o se
Si il
po
tio
fes
ion

non minus hoc casu adiri debet, quām
si ipsi met compromittentibus ea ne-
gligentia adscribi posset. At si indi-
gnum elegerint cōpromissarij, ad com-
promittentes electionis ius redibit(ni-
si & ipsi eandem electionem ratam ha-
buissent (quod iuris seruabitur, & cum
electus vir alioqui idoneus electioni oo c. si cō-
non consentit, nam & hoc casu com-
promittentes aliū eligere poterunt. oo rius. in vi.

Electio ex compromisso à pluribus
facta non minus per vnum proferri de- pp c. sicut.
bet, quām quæ ex scrutinio celebra- in vi.
tur. PP Si contingat electum minimè
assentiri electioni de se factæ, vel post
consensum iam præstitum ei renuntia-
re, aut decedere, aut eius electionem
deleri, aliquo fortè eius vitio, quod
prius latuerat, emergente, quoties id
contigerit, tantundem electores tem-
pus habebunt à dissensu, renūtiatione,
morte, vel irritatione ad aliam electio-
nem faciendam, quantum in prima ele-
ctione habuerant, nisi aliquo dolo ipsi qq c. si elea
notari possint. qq. etio. in vi.

Qui duabus electionibus ad idē ius
optatus fuerit, vtrā ex eis voluerit, eli-
gere eū oportebit, altera omisſa, ad rr c. vt quis
quam reditus posthac non dabitur. rr in vi.

In

42 INSTIT. IVR. CANO.

In electionibus autem monialium
quæ suo monasterio præesse debent,
ss c. indem. ue ex scrutinio, seu ex cōpromissō fia
nitatibus. præcipua quædam iura statuit Bonifac
in vi. VIII. quæ hic non referimus. ss

Cæterū, quia sēpè existunt litigio
si homines, qui vel inuidia, vel odio,
vel auaritia quandoque inducti potiū
quàm rei ecclesiasticæ bene gerenda
studio electiones rectè, & rite facta
omnibus (vt ita dicam) machinis distri
bare conantur, propterea, ne hīs ad ne
quitiam fenestra aperiatur, certæ pœ
næ statutæ sunt aduersus huiusmodi ci
luminiarum machinatores. si quis enim
per calumniam contra electionis for
mam opposuerit, aduersario expensas,
et glo. c. i. §. & dispendia propter litem suscepta sar
fin. rer. be. cire cogetur. At si in personam fuerit
neficiis. in vi. calumniatus, beneficijs ecclesiasticis, si
uuc. c. i. §. fi. quæ in ea ecclesia possidebat, tt trien
in vi. nio carere cogetur: quibus se temere
xx c. vt circ. ingerēs perpetuo spoliabitur citra om
ca. c. qui cō nem veniæ spem, nisi manifestis proba
tru. c. procu. tionibus se à calumnia purgarit. uu
rator. in vi. Multaq; alia in hanc rem prudenter
Cle. con. prouisa sunt, tam per Bonifac. VIII. &
stitutionē. Clem. III. quàm per alios Roma. Pon
tifices: xx quæ hic consulto missa fiunt,
ne

ne tirones multiplicitate doctrinę one
remus. Illud non prætermittam, in cau
sis super electionibus procedi simpli- yy cle. di.
citer, & de plano, sine strepitu, & figu- spēdiosam.
ra iudicij. yy de iudi.

De postulatione Prælatorum, & no-
minatione. Titu. VIII.

Existunt interdum viri, quorum
optimæ artes magno vsui essent
ecclesijs, veluti literarum doctrina,
magnus rerum vsus, & morum vitæq;
integritas, verum aliquid in eis desi-
deratur, quod impedimento est, ne ec-
clesijs præfici possint: quapropter ne
hac causa ecclesia viris idoneis careat,
compertum est. vt hoscæ viros colle-
gium vtilitatis publicæ gratia, ab an-
tistibus sibi prælatos dari petat: quæ
res iure nostro postulatio vocatur. ita
enim antistites huiusce rei causa adi-
ti, egregijs eorum, qui postulantur,
moribus, & disciplinis moti postula-
tionem admittent, si eis ita videbitur.
post quod (vt euitetur circuitus, & ec-
clesiarum dispendium) alia electione,
vel confirmatione postulatus non in-
digebit, sed omne ius consequetur,

non

44 INSTIT. IVR. CANO.

a Abb. c. i. non sicut ac si electus, & confirmatus
col. fi. num. fuisset. a Hinc apparet, nihil aliud est

34. eod. tit. postulationem, quam concordem,

certam supplicemque collegij petitio
nem antistiti factam eius personae, qui

aliquo defectu ad regendam, vel admis
trandam ecclesiam admitti non po

terat. b quod de solenni postulatione

dictum intelligimus, id est, de ea, qui

ad Prælatum ipsum recta intenditur,

qui potest omne postulati impedimen
tum remouere, nam & alia quædam

postulatio est, quæ simplex appellatur,

quia nullam solennitatem desiderat,

sed eis fit, cuius consensus necessarius

erat, ut promoueri quis posset, vir alio-

qui undeque idoneus, forte enim

eius intererat hunc eo inconsulto non

promoueri. Exempli gratia: Interesset

Abbatis ne ipso inuito eius monachus

ad Episcopatum assumatur, Interesse

potest Patris, ne ipso ignorantie eius fi-

lius Ecclesiæ præficiatur, horum igitur

consensus per simplicem postulatio-

nem erit petendus, quæ si postulatio

fuerit admissa, adhuc tamen electione

& confirmatione opus erit, c neq; enim

hæc postulatio simplex illi superiori

parest iudicanda, cum illam electionis

&

c Abb. d. c.

a col. fi.

& confirmationis vim secum trahere
dixerimus, vt omnis ambitus euitetur.

Postulandi autem solenniter sunt,
vt diximus, quibus aliquod impedimentum
obstat, ne elegantur: veluti, Episco-
pus, vt ad alium Episcopatum transfe-
ratur Postulandus est, item, qui vel æta-
tis, vel ordinis, vel irregularitatis, vel
criminis, vel natalium, vel quem alium
similem defectum patiuntur, solenni
Postulatione egere noscuntur: quæ il-
li fieri debet, qui impedimentum re-
mouere potest. Hinc qui ad officium
vel dignitatem Episcopatu inferiorem
expetitur, poterit à suo Episcopo Po-
stulantibus concedi, hoc enim est per-
petuum, vt qui confirmandi authori-
tatem habet, is & postulationem ad-
mittere possit, eum maior non sit defec-
tus, quam vt ab ipso tolli queat. quid
enim si decem & octo annorum ado-
lescens ad Archidiaconatum petatur?
non potest vtique Episcopus hunc de-
fectum ætatis remouere, & si alioqui
Archidiaconi confirmandi potestas ad
eum pertinere noscatur: erit ergo à
Summo Pontifice postulandus. Episco-
pus autem à Summo Pontifice semper
postulandus est. d

d Abb.c.f.

Certa

46 INSTIT. IVR. CANO.

Certa autem & constans sit posu-
latio solennis. confusis enim, incertis
verbis facta repelleretur. finge col-
gium hac verborum farragine vsum
eligimus postulando, vel postulandum
& postulamus eligendo, vel eligendi
hæc profecto verborum confusa con-
geries, neque electionis, neque postu-
lationis vim ullam habet, qua ratione
& illa postulatio tanquam minus legi-
timè facta rejicienda est, quæ hoc mo-
do sit facta: videlicet, Eligo, & Postu-
lo, prout melius de iure videbitur, nil
iusta & rationabilis fortè subesset du-
bitationis ratio, vtrum ille postulan-
dus esset, an eligendus. quod cum acci-
dit, is, qui hoc modo fuerit optatus, al-
terutram viam eligere tenetur (à con-
sensus tempore) vel electionis, vel po-
stulationis: qui consensus intra men-
sem post redditum sibi optionis in-
strumentum præstandus est. altera au-
tem earum via electa ad alteram sibi
aditum præcludet. e

e c. i. in vi.
vbi gl. vero
si. consen-
sus.

Item ut postulatio admissa prospicit,
omnes postulati defectus in ea expres-
sos esse oportet, qui electionem infir-
mare poterant. quin & hi, qui huius-
modi postulationem defectibus aliqui-
bus

LIBER PRIMVS. 47

bus suppressis admisissent sciétes, dein
ceps postulationes admittendi pote f Abb.c.fi.
state priuarentur. f num. 9.

Postulatio autem facta & Summo g c. bonæ
Pótifici alijúe, Antistiti, qui admitten- memorie.
di ius habet, oblata, reuocari deinceps vbi Abb.
non potest, quamvis anteaque oblata num. 10. de
esset, reuocari posset. qua in re depre- elec̄t. dixi
henditur differentia inter electionem suprà.
& postulationem: si quidem electio pu
blicato scrutinio amplius mutari non h c. licet. de
potest. g Hoc tamen postulationi cum translat.
electione cōmune est, quod non minus Episc.
examinanda est, quām electio: h & ean- i Abb. d. c.
dem formam exigit, quam supra in ele- quia pro-
ctione esse necessariā demōstrauimus. i pter. col. iii.

Est & aliud quid postulationi affi- post med. de
ne, sed aliquātis pertamen ab ea diuer- elec̄t.
sum, quam nominationem appellant.
ea enim cū postulatione cōuenit, quia k Abb. c. i.
& ipsius duæ sunt species, altera sim- col. fin. nu-
plex, altera solennis. Simplex est, cum me. 34. ex
canonici, vel alij electuri priusquam c. quod sis
ad scrutinium faciēdum se accingant, cut. 9. super
ipsi inter se aliquos ex omnibus nomi- eod. num. 1.
nant, tanquā eos potissimūm eligi di- de elec̄t. ex
gnos à ceteris seiungentes, quæ admo- c. bonæ me-
dū est sterilis nominatio, nec vlla cum mi. num. 3.
postulatione affinitate coniungitur. k de postul.

Solen-

48 INSTIT. IVR. CANO.

Solennis autē nominatio dicitur, cū collegium duos, vel tres, qui præstatiſſimi omnium videantur, vel pluriſſimi, quorum nomina in scriptis ſolenniter deposita ad ſummuſum Pontiſcēm, vel alium, qui in hoc potestate habeat, transmittit, ſupplicans, ut eo

1 Hostien. in ſumma. col. i. in fin. & ſeq. rum vnum ecclesiæ dare præſidem, vel miniftrum velit. *1* Quæ nominatio à postulatione diſcrepat in hoc, quia postulatio de vno tantuſum fit, nominatio de pluribus. *m Hostien. vbi ſupra.* *m* Hoc autem cum ea conuinit, quod vbi ſolenniter eſt facta, ab eſſe rifiuire non licet, ſicut neque à postulatione ſuperiori iam reddita, niſi prælatus ipſe postulantibus, vel nominantibus morē gerere velit, quo caſu etiā ipſo postulato, vel nominato repugnat, retractatio tamen permittetur. *n*

n c. bonæ. ii. vbi Abb. o cle. diſpen diſam. de iudi. In cauſis ſuper postulationibus proceditur ſimpliciter, & de plano, ſi ſtrepitu & figura iudicij. *o*

De confirmatione Electi, & conſecratione.

Tit. IX.

Qui ad aliquam præfecturam electus eſt, non tamen idcirco plenum

LIBER PRIMVS.

49

num ius dicitur consequutus, nisi elec-
tionis confirmationem à suo Antisti-
te impetrarit. quare, si quis, antequā in a c. qualis
confirmatus esset, administrationi te- ter. vbi Ab.
merè se ingesserit, non solum confir- nume. 4. de
mationis spe, sed etiam omni iure ei electio. c.
per electionem quæsito priuatus erit: avaricie.
aadeò vt neque œconomia, neque pro- in vi.
curatoris titulus ei vlli auxilio sit, bne-
que ab re hoc inductum est, vt confir- b d.c. aua
mari debeat. ita enim fiet, vt examina- ritie.
tione à pluribus facta, vix aliquis non
idoneus promoueri possit, cum & ille,
penes quem est potestas confirmandi,
de electo examinationē sumat, quam-
uis nemo cōtra illū opposuisset, quem
si idoneum non repererit, rejicit tan- c.c. cum nos
quām minus legitimè electum. c bis de elec.

Sed interdum accidit, vt, qui ad con-
firmationem accipiendam non admit-
titur, non tamen omnino repellatur:
vt, si quis ante iustum æstatē sit electus,
quem aut necessitas, aut certè posce-
bat vtilitas. is enim & si confirmari non
possit, poterit tamen procurator fieri d d.c. cum
cum libera tam in spiritualibus, quām nobis. vbi
in temporalibus administratione, dne gl. & Abb.
parui æstimanda est administratio hu-
iusmodilibera, nam eas ferè vtilitates

C affert,

30 INSTIT. IVR. CANO.

affert, quas confirmatio ipsa, quippe talis procurator cathedralis ecclesie omnia poterit quæ iurisdictionis sunt Episcopalis, & quæ confirmatus possit excepta bonorum immobilium alienatione: illa autem, quæ ordinis sunt,

*c. c. is. cui.
de electio.
in vi.*

ministerium exigunt consecrationis, poterit iubere per alios Episcopos exerceri. nam hæc neque verè confirmatus exequi potest, nisi etiam consecratus sit. ex confirmatione enim ea divisa taxat quæruntur, quæ iurisdictionis sunt veluti potestas iudicandi, excommunicandi, corrigendi, iuramenta à vasallis accipiendi, item confirmandi, inuestigandi, beneficia conferendi, & si quæ similia sunt: non autem ea, quæ sunt ordinis, & quæ maioris inquisitionis discussionem exigunt: in quibus censentur clericorum ordinatio, & depositio auctoritatis, Chrisinatis confectio, virginum benedictio, ecclesiarum, & altarium consecratio: hæc enim & similia, quæ ordinis sunt, ex consecratione demum acquiruntur. Item, si quis valde remotus extra Italiam concordibus votis electus sit, poterit dispesatiue propter necessitates ecclesiarum, & utilitates spiritualibus, & temporalibus admis-

*f. c. ex trās.
mis̄a. vbi
glo. fin. de
lect.*

strare.

LIBER PRIMVS. ¶

strare, sic tamen, vt de rebus ecclesiasticis nihil penitus alienet: quæ tamen omnia procedūt, si immediate ad Rom. g c. nihil. Pont. pertineant. g In confirmationis au g. f. de elec. tem petendæ terminis varia iura diuersis temporibus seruata fuerūt, nam olim, & si electus in ea petenda segnis fuisset, non propterea ius electione, quæsitum amittebat, sed tantum po- h glo. fin. c. terat à Prælato, vt eam peteret, com- quam sit. pelli. h Sed postea Gregor. X. constituit, de elec. vt intra menses tres post agnitam ele- in vi. ctionem peteretur: qua non petita ele- i d. c. quam ctio irritaretur. i Sed exinde Nicolaus sit. III. sanxit, vt electi ad regimen Ecclesiarum Cathedralium, vel regularium, cùm à Summo Pontifice confirmandi sunt, pluribus terminis post consensum electioni præstitum ad confirmationem petendam potiantur, mense primum post consensum, vel post obtentam de electione notitiam, si eam debito tempore nō contigerit factam, quo mense ad sedem apostolicam iter arripere debeant, altero deinde mense ex itineris longinuitate moderando, quo ad dictam sedē peruenire queant, & demum tertio viginti dierum spacio, quo ipsi coram eadem sede se sisstant,

C 2 vel

32 INSTIT. IVR. CANO.

vel impediti, quominus sistere se possint, ut eo saltem termino impedimenti causam proponant, & aliorum quindecim dierum termino probent: quæ si statuta electus non obseruarit, vel supradictis quidem obseruat, & causa legitima impedimenti proposita, & probata procuratorem idoneum & instructum non dederit, aut sublatoposteria impedimentoo ipse se non statuerit, omni iure ex electione quæsito priores. de elec. uatur, multaque alia constituit, quæ in eius constitutione leguntur. k Quam Nicolai Constitutionem postea Bonifac. VIII. multis modis declarauit & extendit, inter cætera statuens, ut satis non sit huiusmodi electo ad sedē apostolicam venisse, nisi usque ad finem negotium prosequatur. l

Qui ergo plenum & integrum ius voluerit in Episcopatu habere, hunc oportet non confirmatum modo esse, sed etiam (ut supra diximus) consecratum: per consecrationem enim fedus coniugij spirituale, quod est inter Episcopum & Ecclesiam, intelligitur consummatum, quod electione fuerat initiatum, & confirmatione ratificatum. m Hinc & si iam sit consecrandus, cum cele-

k c. cupien-
tes. de elec.
in vi.

l c. si post-
quā in vi.

m c. licet.
de transla.
Epis.

celebretur missa, quæ de more in his
solennibus dici solet, si tamen ad con-
secrationem nondum est deuentum,
non poterit ordines conferre, nec eo-
dem die esset post consecrationem. Con-
secratio autem Episcopi inter Epistolæ
recitationem, & Euangelij celebrari so-
let, sicut etiam cæterorum omnium
præter Rom. Pontificem, qui vñus ante ⁿ c. quod
hymnum Angelicum consecratur, & ^{sicut. §. sus}
mox Ipse incipit missarum solennia, & ^{per eod. de}
perficit consecratus. ⁿ Et quidem Epi- elect.
scopi consecratio intra sex menses pe- ^{o c. ii. vbi}
tēda est. ^o Archiepiscopus verò plenam Abb. nu. 22.
eius dignitatis administrationem non ^{o 35. de}
priùs cōsecutus dicitur, quām pallium ^{translat.}
imperarit: quapropter nec priùs pote Episc.
rit concilium vocare, Chrisma facere, p d. §. sus
Basilicas dedicare, clericos ordinare, ^{per eo.}
& Episcopos consecrare. P Episcopus q c. si archi
autem consecratur à tribus illius pro- ^{episcopus}
uinciæ Episcopis cæteris consentienti- ^{& seq. de}
bus. Archiepiscopi iussu præcedente. ^{tempo. ora}
Consultius tamen fuerit, si ipse Archi- dinat.
episcopus vñà cum suffraganeis suis r c. vñ. §. i.
eum sacrarit. q Consecratio verò fit ⁱⁿ si vbi gl.
unctione capitis, & manuum Chris- ^{de Sacram.}
mate solennibus verbis additis. ^r At vñct. & ibi
Archiepiscopus ab omnibus prouinciæ Abb.

C 3 suæ

54. INSTIT. IVR. CANO.

s. d. c. si ar. suæ Episcopis consecratur in sede me-
chiepiscopi tropolitana. s.

De Authoritate & usu pallij.

Tit. X.

Qvia titulo præcedenti est tradi-
tum, Archiepiscopo tunc dem-
plenum ius in ea dignitate esse acqui-
situm, cum pallio fuerit honestatus,
aliqua de hoc insigni dicenda sunt.

Est igitur pallium ornatum Pa-
triarcharum, Archiepiscoporum, Me-
tropolitarum, & quandoque etiam
Episcoporum de corpore beati Petri
Sumptum, Episcopalis dignitatis ple-
nitudinem conferens. a eiusque con-
ferendi potestas in quatuor Principe
Patriarchas, scilicet, Constantinopo-
litanum, Alexandrinum, Antiochæ-
num, & Hierosolymitanum soli Ro-
mano Pontifici competit; in cæteris
verò supradictis quatuor inferiores
Episcopos ipsi illi Principes quatuor

b. c. anti- Patriarchæ conferre possunt, b nec cui
qua. de pri- concedi solet, nisi prius sedi Apostoli-
nileg. cæ fidelitatis, & obedientiæ præstiterit

c. c. signifi- sacramentum. c

cæsti. de ele Idcirco autem de Petri corpore id
etio. sumi dicitur, siue (vt quidam credunt)
quia

LIBER PRIMVS. 55

quia super altare Petribenedicitur, &
consecratur, atque inde mox ab illo
excipitur, qui eo est vsurus, si præsens d. glo. pen.
sit, vel si absit, ab ipius procuratore c. significat
eius nomine: d. seu (vt alij senserunt) sti.

quia à Rom. Ecclesia proficiscitur. nam
& illi quatuor viri Patriarchæ, dum il- e Abb. c si-
lud subiectis sibi Archiepiscopis con- gnificaui.
ferunt, non citra Papæ autoritatem colum. pen.
id faciunt. e ad fin. ingl.

Eo verò pallio vtetur primas ille, in penult. de
quem fuerit collatum, in qualibet sibi electio.
credite Ecclesiæ prouincia, f extra pro-
uinciam eo non vtetur, sed nec omni- f c. i. eod.
bus diebus eo vti potest, sed certis dun titus.
taxat, statisque diebus, g neque valet
cōsuetudo, vt etiam extra prouinciam g c. ad hoc
vsui esse possit. h Rom. autem Pontifex norem.
dum sacra facit, pallio semper, & vbi-
que vti potest nullo dierum velloco- h c. extua-
rum habito discrimine. i Solet tamen rum.
idem Pontifex Rom. nonnunquam in-
dulgere, vt Archiepiscopus necessariò i c. ad hoc
impeditus, ne possit ad ditionis suæ Ec- norem.
clesias accedere suffraganeos suos con-
secratus, & clericos ordinaturus pos-
sit in aliena etiam Ecclesia, ad quam
huius negotij causa secesserit, pallium
suum induere, dummodo eius Ecclesiæ

C 4 Epi-

56 INSTIT. IVR. CANO.

Episcopus hoc permittat. k Non tam
prohibetur Archiepiscopus etiam si
pallio, & aureis calceis, quæ sandali
appellant, consecrationem celebrare
modo ei collata sint, nam si nondum
ei pallium esset traditum, aliud esse
dicendum, nec dum enim Archiepiscop
pi nomine appellandus esset, nec Pon
tificialis officij plenitudinem esset co
sequutus, ut etiam suprà diximus. l Ill
qui apud sedem Apostolicam pallio
fuerint honestati, cauti sint, ut inde
proficiscentes eius rei testimonium se
cum literas ferant, nisi & prouentibus
omnibus priuari, & ab actibus geren
dis, exercendisque arceri velint. m ne
mini autem alij quis pallium suū com
modet, personæ etenim hærcere debet,
eaque defuncta simul sepulchro tradi
n nisi ad aliam ecclesiam translatus sit,
tunc enim nouo pallio erit exornan
dus vetere omisso. o Nec prætermitten
dum est pallij traditionē criminis obie
ctione nō differri, nisi obijciēs præmis
so iuramēto obiecta probet intra bime
stris tēporis spatium à collationis die. p

De Translatione Episcopi.

Tit. XI.

Scie-

LIBER PRIMVS.

57

Sciendum est Episcopum non semper in ecclesia sibi credita perpetuò manere. nam incident quandoq; tempora, quibus factu optimum videtur a *c. mutas.* Episcopū à prisca Ecclesia ad alteram *tiones.* & transferri, dum ad id vel ecclesiæ ne- *c. seq. vii.* cessitas vrget, vel patens vtilitas hor- *q. i. & c.* tari & impellere videtur. *a* *quanto. ex.*

Verùm cum huiusmodi casus con- *tra eo.*
tingit, caueat tamen Episcopus, ne sua
sibi authoritate hoc arroget: quod si fa-
cere ausus fuerit, neque ad hanc, cui
inhiabat, ecclesiam ei concedetur ac-
cessus, neq; ad veterem quam alterius
spe omiserit, remigratio. *b* *Quinimò b c. iii.*
nec ei proderit à Patriarcha hanc se
transferendi licentiam habuisse, & Pa-
triarcha ipse, qui sibi id iuris vendicare
non erubuerit, suspendetur ab Episco-
porum confirmandorum potestate. *c c. i.*

Vnum enim Romanum Pontificē hoc
ius habere transferendi Episcopi cer-
tum est. *d* quod non minus in confirma- *d c. ii.*
tis duntaxat Episcopis traducendis, li-
cet nondum consecratis locum habet,
cum, licet cum his consummatū non-
dum sit matrimonium, contractum ta-
men esse, certū sit, ideoq; sine Summie *c. ii.*
Pontificis venia id diuidi nefas est. *f* *f d. c. ii.*

C 5 Pon-

58^o INSTIT. IVR. CANO.

Pontificis autem maximi indultum quo huiusmodi translationi annuit, a gustè est interpretandum, quare, si maiorem priore dignitatem transitu concesserit, non auxiliabitur ad par dignitatem migrare cupienti. g

g c. fin.

De officio ordinarij.

Tit. XII.

VIdeamus nunc, quæ sint Prætorum partes, & quæ potest & ordinariorum imprimis, id est, eorum, (vt Hostiensis docuit) qui suo li re, vel Principis beneficio iurisdictio nem vniuersaliter exercere possunt cuiusmodi sunt legati Apostolici, Patriarchæ, Primate, Metropolitæ, Episcopi, item quiuis collegiatæ ecclesiæ præfectus, quamvis Episcopo inferiori eique subditus, nam & is iurisdictio nem in plebem suam habet, eiusq; ex communicationem in subditos con a c. cum ab tortam etiam eius Episcopus seruant ecclesiariū. tenetur, nec potest eam auferre, nisi in. i. gl. rbi excommunicatus satisfecerit, & ipse Ab. & Ab. Prælatus admonitus de relaxatione ab c. ii. eo. tit. Episcopo sit. a Gubernacula verò Episcopalia non nisi maioribus populis præsi

LIBER PRIMVS.

50

præsidere oportet, (ne dignitas viles-
b c.i.de pri-
cat,) & frequentioribus ciuitatibus. b uileg. &c.

Horum igitur ordinariorū qui Epi-
scopali gradu sunt illustrati, officiū, & iii. q. ii.
potestas erit, in suis diœcesibus adulter-
ria, & scelera inquirere, vlcisci & iudi-
care, & cum opus fuerit, manum quoq;
secularem sibi auxiliarem adciscent. c c cap. i.

Item hæc sunt iura Episcoporū pre-
cipua, in Ecclesijs, & Sacellis suæ diœ-
cesis: canonicam obedientiam habere,
ac institutionem & destitutionem cum
Capituli tamen sui consilio. d corre-
ctionem, & reformationem, & censu-
ram ecclesiasticam, & iurisdictionem
causarum omnium ad forum ecclesia-
sticum de iure spectantium, sacramen-
torum omnium, quæ ab Episcopo sunt
accipienda, collationem, synodum, & e c. cōquea
synodatici, seu Cathedratici nomine rente.
certam portionē quartam decimatio-
num, & mortuiorum, visitandi etiam f c. luminoe
ius, & visitationis nomine procuratio-
nē moderatam, & charitatis subsidiū, Abb c. dilec-
tumtaq; alia. f quorū omniū alia diœ-
cesanæ legis dicuntur, vt illa à quibus
monasteria de iure exempta esse cōstat, g Ab. d. c.
quæ Panhormitanus Abbas recensuit, dilectus.
g illa autem, quibus etiam monasteria

C 6

adstri-

60 INSTIT. IVR. CANO.

adstricta sunt, ad Iurisdictionis legem
h c. i. x. q. i. dicuntur pertinere. h Et sciendum est
quod quamvis haec vtraque iura tan-
diccesanæ legis, quam iurisdictioni
ad Episcopum spectent, inter se tamen
præter supradicta etiam ita differunt
ut sententia in altero iure lata alter
præiudicium non ferat. i

i d. c. dilec-
tus. rbi
Abba.

k c. cum
Episcopus
in vi.

l c. pasto-
ralis. in l.
vbi glo.

m e. duos si-
tia. aut consuetudinis, vel priuilegi
um.

Cum Episcopus in tota sua diœcese
Iurisdictionem ordinariam habeat, d
biu nō est, quin in quolibet loco Diœ-
cesis non exempto, possit perse aut pa-
alium pro tribunali sedere, causas for-
Ecclesiastici audire, personas ecclesi-
sticas, si earum merita exposcant, cap-
iubere, & in carcerem detrudere, cetero
raque ad eius officium spectantia ex-
ercere. k

Archiepiscopus verò, & si in omni
provinciæ suæ suffraganeos iuris ha-
beat dictionem, in suorum tamen suf-
fraganeorum subditos potestatem non
habet quibusdam exceptis articulis. l
Sic & Patriarcha non potest de cau-
sorum cognoscere, qui Archiepiscopi
sui vel Episcopi sub ditione sint, nisi
appellatione ad eum legitimè interpo-
sita, aut consuetudinis, vel priuilegi
alicuius iure. m

JO. LIBER PRIMVS. or

Si contingat varias linguis & ritibus
nationes, eiusdem tamen Christianæ
doctrinæ cultores, eandem ciuitatem,
vel diœcesim incolere, Pontifices eo-
rum locorum viros idoneos conquire-
re debent, qui pro linguarū, & rituum
varietate eis diuina officia celebrent,
& sacramenta ecclesiastica propinent
instruentes eos verbo pariter, & exem-
pli: & præterea, si res videbitur postu-
lare, vicarium sibi adsociabunt Ponti-
ficijs apicibus decoratum, qui earum
gentium linguas, & ritus probè calleat,
quo tamen facto non idcirco ea diœ-
cesis biceps, sed vnius capit is erit dicen
da, neque enim potest eadem ecclesia in plerisq.
duos Episcopos habere, nisi forte cum
Episcopus aliquis substitutus est in lo-
cum alterius propter hæresis crimen
remoti: nam, si Episcopus hic, qui fue-
rat remotus, hæresim detestetur, &
Episcopatu: suo restituatur, diuidetur o
inter utrosque Episcopatus, aliaue ma- rochis. vbi
gna ex causa. Abb.

Episcopi, qui se Pontificijs quibus-
dam muneribus obeundis non esse ido-
neos sentiunt: puta, verbo Dei ad po-
pulum ferendo, Ecclesijs inuisendis,
reatibusque subditorum audiendis, &

C 7 pœnis

62 INSTIT. IVR. CANO.

pœnis cōdignis ob crimina inurendis
idoneos viros sibi adsciscere debent
qui has partes eorum vice strenuè obi-
re possint: qui homines coadiutores
vel cooperatores appellātur: cuiusmo-
di virorum copia, ut ne vñquam deessi-
possit, pro vñsibus Ecclesiæ, multi his ar-
tibus, & disciplinis optimis præditii
Ecclesijs instituendi sunt. P

p c. inter
cætera.

q c. cum
olim. de ma-
io. & obed.
c. i. de insti.
r c. ii. ne se-
de vacan.

s c. ii. de ins-
tit. in vi.

Abb. d. c. cū
olim. c. i. ne

sede vacan.

t c. fin. de
sede vacan.

u extraua-
gan. iniun-
cta. de ele-
m. in com

esse in officio quod prætedit, accipien-
dum, qui apost. codicillos nō ostendat,
nisi & qui eos receperint, & ipsi recepti
pœnas canonicas experiri velint. u

tit. in vi.

tit. in vi.

Cum sedes Episcopalis vacat, eiū
munerum partem subibit capitulum
nam & confirmabit electos, & oblatos
sibi ab Ecclesiarum patronis instituet
aliaque faciet, quæ alibi referuntur.
Non tamē potest libere beneficia con-
ferre. r Sede autem vacante nihil noua-
ri cōtra eam potest: & ideo prius vñi-
illi Ecclesia dissociari non debet, s &
iudicium cōtrà Ecclesiam sede vacan-
te carentem legitimo defensore insti-
tutum non tenet. t

Generaliter sciendum est, neminem
esse in officio quod prætedit, accipien-
dum, qui apost. codicillos nō ostendat,
nisi & qui eos receperint, & ipsi recepti
pœnas canonicas experiri velint. u

De Officio Legati.

Tit. XIII.

Nunc

LIBER PRIMVS. 63

Nunc dicamus de officio Legati eius, qui cum iurisdictione est. nam cum multa s̄epe accident, quæ ita ardua sunt, vt per locorum ordinarios absolui non possint, sed supremi Pontificis autoritatem desiderent. Ipse autem Roma. Pont. omnibus vbiique præsto esse non possit suam autoritatem impertitur, necessarium fuit, vt aliquis in prouincias latifima cum potestate mitteretur, qui Romani Pontificis gerens vicem ea administraret, quæ alioqui sedis Apostolicae potestate eguisserent: eo igitur factum est, vt legati à sede Apostolica in prouincias mittantur, quos si qui non admiserint, aut impedierint, ipso facto in sententiam excommunicationis incidunt, eorumque terræ Ecclesiastico ^a gan. i. de cō subijciuntur interdicto nulla consue- ^a fū. in com-
tudine attenta. ^a mu.

Atque hi cum triplicis generis sint: b c. decrenam aut Cardinalium è collegio sunt, to. c. si quis qui & propterea de latere Pōtificis legati dicuntur, qui nec frequenter curiā ii. q. vi. exeunt, nisi cum tali potestate legatio- ^a ne. Falco. nis: b aut Cardinalibus inferiores, qui de refer. ii. legati constituti dicuntur, quibus ipso- ^a part. v. prærummet ratione, & meritis id munus ^a lu.

con-

64 INSTIT. IVR. CANO.

e Spec. tit. concessum est: c aut qui hoc legationis
de legat. officium dignitati suæ annexū habent
ver. super. vnde & legati nati appellantur, quo
est. num. 3. vñā cùm dignitate (puta Archiepisco-
patus) quam habent, id officium nasca-

d Gig. tra. tur, & eius specie esse dicuntur Archi-
Eta. de Pen- episcopus Cantuariensis, Eboracensis,
sio q. vi. co- Remensis, Pisanus: d omnes tamen h
lum. iii. in (cuiuscunque generis sint) ordinarii
fin.

habent iurisdictionem. & Legati Car-
dinales ferè proconsulibus comparari
possunt: & qui Cardinalibus sunt infe-
riores cæteris præsidibus, quibus certa
sunt decretæ prouinciæ regendæ. qua-
re nec cum Pontificis Romani vita:
quo Legati sint, eorum Iurisdictio ex-
pirabit. e Horum autem officium est,

f c. i. rbi causas audire eorum, qui in prouincijs
Imol. col. i. suis ad se accedunt, & de querelis ad
in fi. se delatis cognoscere. f Item Conciliū
prouinciæ vocare. g Beneficia autem

vacantia iure Legationis conferre Le-
gato Cardinali tantum potestas per-
missa est: alijs autem legatis non nisi
nominatim eis concedatur. h Sed si be-
neficium in alicuius patronatu sit, qui
clericus non sit, tunc neque Legatus à
latere illud conferre potest, quamvis
vligl. fi. tunc possit cum sub patronatu clerici

est

est ratione Ecclesiæ quam ipse habet. *i. c. dilectus*

Possunt etiam Legati cuiuscunque *filius. vbi*
generis sint facere statuta in prouincia Ab. & glo.
sibi cōmissa, post depositum quoq; offi
cium vim nihilominus habitura. k c. f. vbi

Et nemo dubitat posse etiā eos de- *Ab. i. no.*
legare: quorum tamen delegatorum
iurisdictio, vna cum Legati officio, nisi 1 d. c. f. vbi
citatione præmissa perpetuata fit, ex- gl. & Ab.
tinguetur. l Indubitati quoq; iuris est,
posse Legatum à latere suæ prouinciæ
beneficia suæ collationi reseruare. Quæ
tamen reseruationes suæ Legationis
authoritate factæ, post Legationis offi-
cium obitum, nullius erunt momenti,
& processus super eis agitati nihil viriū
tunc habebunt: cuiusmodi sunt (exem-
pli gratia) decreta super hisce reserua-
tionibus interposita, nec non denun-
tiationes, & inhibitiones per eum, vel
per executores ab eo datos factæ dum
modo ad ipsorum beneficiorum colla-
tionem nōdum ventum sit. Et hæ qui-
dem reseruationes strictè procedunt:
quare nec in eadem Ecclesia, nec ea-
dem vnius iurisdictione duas eodem m. c. pres-
*tempore reseruationes Legatus vel ha- *senti. in vi.**
bere vel facere potest. m vbi: gl.

Itē potest Legatus Cardinalis quos-
cunque

66 INSTIT. IVR. CANO.

cunque etiam propter manuum in ch
ricos iniectionem excōmunicatos a
soluere tam in prouincia ei decret
quām extra, tam subditos, quām ext
neos, & aliunde profectos, dum ip
legatus extra urbem Romanam ag
Nec minus hoc ei licebit, quamuis i
uria grauis fuisset, vt crebris interpr
tum sententijs est receptum. Quæ pi
testas non ita laxata est alijs Legatis
qui ex Pōtificis latere non sunt pro
fici. nam illi quidem, quibus non dign
tatis, quam habent, cōnexitate, sed si
ipsorum contemplatione Legatis ei
datum est, prouinciæ suæ homines si
subditos dum in ea morantur, absolu
uendi ius habent, & si crimen alibi ex
traxissent. Sed & non subditos, si in
prouincia excommunicationis in pa
nam inciderint, non minus absoluens
eos verò, qui neque in sua prouincia
deliquerunt, nec in ea morantur, ne
aliqua ratione sibi subiecti sunt, dubium
non est, quin absoluere non possint.
Quin etiam neque proprios subditos
absoluūt, dum extra prouinciā agunt
vt Gulielmus Durandus, Iohannes An
dreæ, & Panormi. Abbas aduersus Vi
centium tradiderunt. quod procedit &

671920

(v)

ANNO.

LIBER PRIMVS. 67

(vt idem Panormitanus cum alijs cen-
suit) si iudicis illius in cuius Dioceſi
decreta
in ex-
dum ip-
iam ag-
amuisi
nterp-
Quæ p-
Legat-
it pro-
on dig-
e, sed
gatis el-
uines si-
; abſo-
libi co-
, si in-
s in pa-
ſoluen-
ouinc-
tur, ne-
, dubi-
poſſim-
ubdit-
agunt-
nes Ar-
ſus Vi-
cedit &
(v)

morantur excommunicati, consensus
acceſſiſſet. Legati verò, qui legationis
officium dignitati ſuæ, Archiepiscopa-
tus forte, annexum habent, ideoq; le-
gati nati appellantur, nullo caſu hu-
iujmodi excommunicationes expian-
di authoritatem habent, quamuis ſidi
ſuppoſiti eſſent, iurisdictioniſque ſuæ
orās incolerent, ibique delictum ex-
communicatione dignum patraſſent.
nam, cum horum legatio perpetua ſit,
ſicut & dignitas, cui inhaeret, ſi eis ex-
communicatos huiujmodi abſoluendi
ius eſſet, leue eſſet mediuſidiuſ priuile- ⁿ *Habens*
giū clericis eorū locorū à iure cōmu ni *ſupradicta*
cōceſſum, quando tam prōpta & faci- ^{cōmnia, ex}
liſ eſſet perpetuo delinquētiſ indulgē- ^{c. excommu}
tia dēptō ei Romani itineris labore. ⁿ *nicatis. cō*

Illud tamē certum eſt, legatum, qui *doc. Ab.*
plurium locorū iurisdictionem habet o *c. nouit*
poſſe in omnibus locis officium ſuum *ille.*
exercere, & loci vnius negotia moram p *c. i. de ver*
alibi trahentem explicare. ^o *bo. ſig. in*

Legati Cardinales illis quoque ius *vi. Abb. c.*
dicere poſſunt, qui ordinariorum iu- *quod ad*
rificationi proprijs priuilegijs subtracti *translatio*
ſunt, quos exemptos vocant. P Et cum *nem. nu. 10.*
legati

68 INSTIT. IVR. CANO.

legati Cardinales in sibi decreta pr
uincia existunt, minoris legati officiu

pe
ha
fe
tib

q. c. rolen.
tes. rbi Ab.

ibi interea cessat, quamvis dignitati

hæreat. q. Qui verò legatum quem
apostolicum exequi munus suum pr

hibuerit, eosque excommunicatio

ex
de
tic

r. c. i. §. fi.
xciiii. dist.

illigatus manebit, donec integrè sati

fecerit. r.

Sed neq; causæ alij à summo Po
delegatæ specialiter legatus se inge
re potest, nisi vt sententiam iustè lati
confirmet, & executioni demande

neque ex generali legatione quam
à latere summi Pōtificis sit, Episcop

transferre, vel ecclesiam cathedralē

t. c. nisi spe alteri item Cathedrali subijcere, no
cialis. cum duos Episcopatus vnire, aut vnum
sequen.

duos parriri potest: t. nec Cathedralē

vel regulares, aut alias collegiatas ec
clesias, aut vllas cathedralium eccl

siarum dignitates, quæ primæ post Ep

u. c. delib. scopatū in ipsis ecclesijs snt, & ex ele

ratione. in Etione conferri soleant, vel conferre

princ. in vi. vel reseruare potest. u. Nec potest lega

tus alicui, vel generaliter, vel nomina

tim concedere, vt possit beneficia in

x. d. c. delib. tra suam legationem sita in suis mani

beratione. bus canonice resignata, cui voluerit

in fin. conferre. x. Nec valet collatio benefic

pe

ANNO LIBER PRIMVS. 69

ecreta p*er* cum facta illi, qui aliud beneficium y *cap.fin.*
ti offici*u* habebat, de quo nullam mentionem *in vi.*
lignitati*u* fecit. y quod in quibuslibet alijs haben-
n quem*u* tibus conferendi potestat*e* contr*à* est. *z* *z cle.fi.de*
suum p*er* unicatio*n* egr*e* sat*u* *Cum* ver*ò* legatus caus*æ* suscep*ta* *offic.ordin.*
examinationem ad sedem apostolicam
detuler*it*, amplius de eadem examina- a *c.licet*
tionem sumere prohibetur. *a tranen.*

De officio iudicis delegati.

Tit. XLLL.

Solent nonnunquam summi Pon-
Episcop*u* tifices, eorum*u* delegati, aut ali*j*
hedral*u* ordinari*j* etiam summo Pontifice in-
feriores, cum causas ad se spectantes,
vnum*u* vel delatas ipsi vel cognoscere, vel di-
rimere nolunt, aut non pos*u*nt, alter*j*
vices suas mandare, qui ad iudici*u* vo-
cet, causam cognoscat, decidat, exe-
post Ep*u* quatur, aut vnu*u*, vel plura ex his faciat.

Non omnibus tam*ē* facta huiusmo-
di mandata valeb*ū*. nam pr*æ*terquam
quod perit*ū* eum esse oportet, cui de-
legatur, *æ*tatis*u*que legitim*æ*, id est ma- * *c. cum vi.*
iorem viginti annis, cui non *à* Princi- gesimum,
pe facta sit delegatio: * exigitur pr*æ*te- *de offi. dele*
rea, ut aliqua in dignitate sit vel perso- *ga.*
natu*u*, aut saltem alicuius ecclesi*æ* ca-
thedralis

70 INSTIT. IVR. CANO.

a. c. statu. thedralis canonicus is, qui à summa
tum. in pri. Pontifice vel eius legatis delegatur.
versi. sanci. Principalis etiam officialis Episcopi-
mus. de re. religiosus conuentualē obtinens pri-
scri. in vi. ratum, quamvis ad eum prioratū ne
confueuerit per electionem assumi.

a. cle. ii. de fede apostolica, vel eius legato delega-
rescrip. ri possunt. officialis autem foraneus
aut religiosus monasterij sui Pri-

b. glo. d. c. Claustral is delegari non possunt.^a

statutum. Episcopus autem, etiam simplici-
ver. sedis rico delegare potest.^b Et delegatio
apostolice. Ita dignitati etiam ad successore
c. c. quoniā. eius, cui primum facta fuerit, transit
de offic. de- leg. Sciendum est, quod quamvis ad
iudicem habere recusans in rei co-

d. c. status. petrare, vbi actor & reus diuersari-
tum. **g. cum** prouinciarum sunt, non tamen vlti-
autē de re. vnius diei iter eum trahere extra
scrip. in vi. sius diocesim debet: **d** quamvis olim
vsque ad duorum dierum iter trahere
e. c. nōnul. eum posset.^e

li. in princ. Non tantū vnum ad eandem car-
de rescrip. sam dari iudex potest, sed & plures.
in pluribus iudicibus dandis duæ fo-
mæ diuersæ in vsu esse solent: nanquid
ita quandoque dantur, ut (gratia ex-
pli) si tribus causa committatur, si on-

nes
lom
cess
null
aliq
aliq
inte
ped
not
con
que
nor
scri
me
tere
ditu
se i
not
etia
lori
leg
cōf
&
plu
duc
titu
PC
ter
der
ne

NO. LIBER PRIMVS.

71

nes interessè nequierint, duo nihili
lominus procedant: quod cum sit, ne-
cessè est omnes simul procedere, si
nullum subsit impedimentum, quo
aliqui eorum auocentur, sed si unus vel
aliqui eorum sint impediti, vel nolint
interessè, oportet in primis horum im-
pedimentum alijs, qui expliciti sunt,
notum esse, vel de eorum voluntate
constare, ut illi procedere possint, ne-
que enim valerent acta per eos hoc
non obseruato.^f Pontificis autem re-^{f c. prudens}
scriptum eum casum duntaxat expri-^{tiā, in pri-}
mens, quo non possit delegatus in-
teressè: ad eum quoque casum exten-
ditur, quo non facultas, sed voluntas
se immiscendi delegato abesset, ^{g & g d.c. prudens}
non solum de impotentia facti, sed dentiam.^{g.}
etiam iuris intelligitur: ut si aliquem il-^{adiicimus.}
lorum seruum, vel infamem aut alio
legitimo impedimento detentum esse
cōsiderit.^h Alia est forma breuior, quæ ^{h c. scissio}
& frequentior in vsu est, cum scilicet ^{tatus. de}
plures ita delegantur, ut omnes, aut ^{rescip.}
duo vel unus procedat, hic enim omit-
titur illa cōditio. SI VNVS NON
POSSIT, &c. sed facultas simplici-
ter cōceditur cuius & delegatis proce-
dendi, quorum si quis alios præuenerit
inci-

72 INSTIT. IVR. CANO.

incipiens de negotio cognoscere, al-
dempta erit potestas interea de eode
se impediendi, nisi is, qui præuenit,
qua iusta causa postmodum impedit
fuerit causam finire, vel nisi dolose
cedere detrectaret, his enim casis
alijs fieret locus. i sed si is, qui alios præ-
uenit, Iurisdictionem suam ita stabili-
rit, ut delegantis morte expirare ne-
possit, puta, quia partes iam ad iudicium
vocasset, hoc alijs quoq; collegis va-
erit. nam & si hunc mori contingat,
terunt nihilominus alij etiam man-
tore mortuo hoc muneric suscipere
quasi à collega sibi traditum & perpe-
tuatum, quamuis ipsi, dum mandauit
in humanis esset, nihil omnino in hi-
iudicio egissent. k

Si vero delegatio facta sit pluribus
simpliciter, neutra ex relatis modis
l c. causam clausulis inserta. Vnusq; delegatorum
matrimonii sententiam ferat, nullius momentum
ab eo prolata sententia. l Quod no-
minus locū habebit, & si delegatorum
vnus ab humanis rebus sublatuſ effeſ-
tum c. uno tinguitur, niſi aliud. mādati forma con-
delegatorū. tineat. m

Delegatus Iudex hoc diligenter ob-
serua-

i c. cū plus
res. in vi.

k c. cū plus
res. in vi.

l c. causam
matrimonii

m c. uno
delegatorū

seruare debet, ne fines mandati egre- n c. vene-
diatur. n Sin nulla mandatoris forma rabi. c. fi.
alia appareat, formam iuris seruabit. o extra. eo. c.

Si delegatus à Summo Pontifice in *cum dile-*
alium hoc onus transferre velit, isque *et a. de re.*
munere iniuncto fungi detrectet, pote *scrip.*
rit eum ad suscipiendum compellere, o *c. ex par-*
nisi ipse malitiosè exonerare se stu- *re et tua.*
deat. p Verùm in eo compellendo gra- p *c. pastor-*
dus, & dignitatis rationē habebit: alio *ra. in pri.*
enim modo aget cum viro sublimi in
loco posito, quām cum cæteris, qui &
si dignitatem habeant, non tamen ma-
gnoperè alios excellunt. Nam exempli
gratia, si Episcopo delegare quis velit,
non debebit eum confessim his modis
cogere, quibus alium inferiorem pos-
set, sed modestia cum eo vtetur supre-
mi ordinis rationem habens: quare illi
primo Ecclesiæ ingressum interdicet,
vel sacerdotalis officij executionem,
post etiam ab officio suspendet, & de-
mum si pertinaci animo perseuerarit,
excommunicationem quoque irroga- q *c. ii. in-*
bit. quod si iam ab initio admodū con- vi. & d.c.
tumacem se ostéderit, iam tum licebit *pastoralis,*
contra eum ecclesiastica censura vti. q *in fi. prin.*

Hinc apparet, quanta sit iudicis de- & c. sane
legati potestas, in causa ei mandata per *quia.*

D Sum-

74 INSTIT. IVR. CANO.

Summum Pontificem; cum etiam imperandi ius habeat, qui extra causam ipso essent superiores. quare Episcopos, aliosque sibi minimè sub-

r d.c.sane c̄tos, quorum causa sibi mandata poterit vel interdicti, vel suspensio aliaue censura compellere. r Eiusq̄

s c.i. potest etiam cōtra extraneos officiū eius impedire enitētes exerceri: s quā

t c.ex lite. & ipsius delegato permisum est. t H̄is.

consequens est, vt possit delegatus (nulla à iure pœna statuta est) arbitrio suo pro delicti, & causæ qualitate p-

u c.de causā statuere in eos, qui in causis de-

fis.inf.

gatis iudicio suo parere contēpserin

Potest delegatus mandatum suu- quo totam causam alij delegauer

arbitrio suo reuocare, dum res adh̄ integra sit, id est, si ille iurisdictio-

nis.in vi. usus haētenus non sit. x Sed & si hu-

subdelegatum mori contingat, cau-

y d.c.quā ad subdelegantem reuertetur. y

sis.

Si delegatus (quoties cū abesse ca- tigerit) alicui vices suas commis- poterit subdelegatus eo rebus humi- nis exempto (cū & tunc censetur abesse) commissum sibi negotium l- berē diffinire, modò illo viuente iuri- dictione vt cœperit; quod non min-

lic

ANNO LIBER PRIMVS. 75

etiam illi
extra ci-
quare
mē sub-
ndata
pension
Eiusq
s offici
ri: s qu
est. t H
gatus
arbit
itate p
usis de
pserin
im suu
gauen
es adh
dictio
& si hu
at, cau
y
esse co
miseri
s hum
enfear
tium l
ite iuri
n. mini
lic

licebit, si vices sub ea forma commis-
serit, donec duxerit reuocandas. **z** Et de- **z** *c. si dele-*
legatorum à summo Pontifice pote- *gat⁹. in vi.*
stas in sententiæ executione ad annum *aa c. que-*
vigebit. aa *renti.*

Possunt etiā, si eis videatur, id onus
sententiæ executioni mittendæ in or- **bb** *c. pasto-*
dinarium transferre. **bb** *ralis. 9.*

Cum verò iudicis delegati senten- *quia vero*
tia executionem fuerit fortita, eius fi- *sæpe.*
nieturiurisdictio. **cc** *cc c. in lis-*

Sed & alijs modis iurisdictio dele- *teris.*
gata finitur, veluti, si lapsa sit dies, ad
quam causa ex mandati forma termi-
nari debuerat, nisi à partibus protoga-
ta sit. **dd** alijs quoque modis finitur, qui **dd** *c. de cau-*
ex voluminibus Decretalium Episto- *sis. in prin.*

larum peti possunt. Hoc neminem pre-
terire volumus, nemini facilè fidem
esse adhibendam, & si afferat se dele-
gatum esse, nisi hoc ipse probet, qua-
propter si quis tanquam à sede Aposto-
lica delegatus mihi iniungat, ut palam
fieri curem, aliquem esse excommuni-
catum, potero ego hoc mandatum
effugere, nisi ille de mandato.

Apostolico fidem
faciat. **ee** *ee c. cum*
in iure pe-
ritus.

D 2 D 3

76 INSTIT. IVR. CANO.
De Officio Conseruorum.

Titu. XV.

IVxta Delegatorum tractatum, n^o erit ab re etiam de conseruatorib^{us} aliqua dicere, quibus à Summo Pon-
fice mandatur, vt aliquos à manife-
iniurijs defendant. Ehi quidem ad
quæ iudicij indaginē desiderant, su-
pote statem non extendunt.^a

*a cap. i. de
offic. deleg.
in vi.*

Conseruator vero dari non pot-
nisi qui dignitatem, aut personatum
beat in ecclesia Cathedrali, vel col-
giata: puta, Episcopus, Abbas, Arci-
presbyter, & similes, sed nec defuerit
qui etiam officialem Episcopi prin-
palem posse conseruatorem fieri a-
diderint, quamvis declarationem su-
mi Pontificis (vt res certior fiat) exo-
tarent. *b* Nec sufficit Ecclesiæ cathed-
ii. ver. dele- lis quem simplicem canonicum esse,
gatus. de cōseruator fieri possit, quamvis Eccles-
rescrip. rbi iæ cathedralis canonicus ad causas di-
docto. legari possit. Nec potest quis conser-
tor sui cōseruatoris fieri, vel eius cui
ipse iurisdictioni ordinariæ subdi-
est, nisi fortè Regis, aut Reginæ, &
mandatum ad causas, (de quo titul
præcedenti tractauimus) etiam subdi-
eius

*b glo. cle.
ii. ver. dele-
gatus. de
rescrip. rbi
docto.*

ANNO

LIBER PRIMVS.

77

eius, de cuius causa agitur, fieri possit.

Nec permittitur conseruatori extra ciuitatem, aut diœcesim, in qua fuerit deputatus, contra aliquem procedere; aut aliquem extra locum itinere vnius diei remotiorem protrahere: quod tamen delegato partium consensum habenti nō denegetur. Prohibetur etiam cōseruator alij vices suas committere, (exceptis citationibus, & sententiarum denuntiationibus) nisi hoc ei specialiter sit concessum: quo tamen casu nec alibi hoc poterit facere, quām in ciuitatibus suæ diœcesis, in quibus hoc conseruatoris fungatur officio, nec nisi personis, quas supra conseruatoris munere fungi posse diximus.

Verūm si conseruatores alijs quām manifestis iniurijs se immiscere non dubitarint, & ad ea, quæ iudicij indagine requirunt, manum extendere, eo ipso per annum ab officio sunt suspēsi: pars vero, quæ hoc fieri procurauerit, sententiam excommunicationis incurrit; à qua absolui nō potest, nisi ei, quē sic c. *habētur* fatigauit indebet, prius de expēsis intē *hac omnia* grē satisfecerit, officiū aut̄ quorūcunq; ex c. i. & c. cōseruatorū ipso iure quo ad nō cōcepta fin. de officiis negotia per obitū concedētis expirat. c. *deleg. in vi.*

D 3 De

78 INSTIT. IVR. CANO.
De Officio Archidiaconi.
Tit. XVI.

Archidiaconus à iure vicarius Episcopi est constitutus, cleri-
vniuersi curā habet, tam in vrbe quam
in parrochijs; præest Archipresbytero, Primicerio, Custodi, Sacristæ; in-
perat Subdiaconis, & leuitis; Parro-
chiarum sollicitudo, & ordinatio
ipsum pertinet; iurgia singulorum co-
gnoscit; omniumque Primus, & ex-
mius est post Episcopum, & Episco-
oculus appellatur, quod vice Episcopi
omnia per Diœcesim scrutans, cor-
rigat, quæ correctione egere noscu-
tur, nisi negotia valde ardua sint, quæ
maiorem autoritatem desiderent; si
tagitque de conuersatione, & exil-
matione clericorum certior fieri, in-
staurandis Ecclesijs præest. Tertiæ
quoque anno vniuersam Parrochiam
id est, Diœcesim absente Episcopo co-
lustrat, ea corrigens, quibus correctio-
ne sit opus, a parrochiam verò pro-
priam singulis annis visitat, b Examina-
tio clericorum, qui sunt ad sacros or-
dines promouendi, eius officij est; b
examinatio eorum, qui sunt Ecclesijs

a c. i. eod.
titu.
b c. mans.
damus.

præ

præficiēdi, quos etiam ipse coram Episcopo sistere debet. c

c c. ad hæc.

Ipsius item hæ sunt partes, euangelium in missæ sacrificio pronuntiare, alijūe ex Diaconis pronuntiandum in-iungere, & cum Episcopus missam est solennem celebraturus, ipse leuitas de eorum officio instruit, & iubet vestes sacras induere, & omne denique officium ecclesiasticum ipse disponit, Lectiones aut responsoria in matrice Ecclesia præscribit, vel audit, ita, ut nemo Euangelium, sacramé Epistolam, aut responsoria, aut aliam quamlibet lectionem in ecclesia Legere, aut canere potest, nisi prius ab Archidiacono ex-auditus. Acoluthis quoque ipse officia diuidit, præcipiendo quis eorum candelabra, quis thuribulum gestare, & quod quisque minorum in Ecclesia munus obire debeat. d Idem yasa vſi- d c. ii. bus Ecclesiæ dicata custodit, e Pecu- e c. iii. niam Ecclesiæ à pijs hominibus Eleemosinæ causa datam accipit, & Episco-po reddit, Diaconorum delicta Episco f c. per lea po aperit. Sacerdoti iejuniorum & so- f. hi lennitatū dies ipse notos facit. Archi- f. sunt ordi diacono vero absente hæc omnia mu- nes. 25. dia nera proximus illi Diaconus subit. f. stin.

D 4 Præ-

80 INSTIT. IVR. CANO.

g. c. rt nos. Prælatos idem Archidiaconus in sedi strum. locat, gnam missio in possestionē cor h c. ad hæc. poralem beneficiorum, & dignitatu i c. cū satis. eius officij est. h

k c. Archi. Non tamen, aut animarum cura diaconis. citra Episcopi mandatum committere vbi glo. & potest, aut in aliquos sententiam pro doct.

l c. signifi. po ordinibus suscipiēdis cōmendare casti.

m c. fin. aut in monasterijs iurisdictionem hab

n c. i. de re, nisi consuetudine præscripserit. m hunc Diaconum esse oporter. n

ata. & qua De officio Archipresbyteri.

lita.

Titu. XVII.

A Rchipresbyter ceteris Presbyteris eminet, ac præst; collectam indicit, vel is, cui ipse iniunxerit; horis que suis in Ecclesia residere tenetur. Episcopo absente vice eius officium inchoat.

Ipsò verò Episcopo solennem missam celebrante sacerdotes monet, vestes sacras induant. idē Ecclesiæ Custodem monet, vt det operam, ne in Sacram Eucharistia vñquam de sit, quæ ægris propinari valeat. Aegrotantium quoque, & eorum ex dicelesi, qui ad ciuitatem veniunt, hanc curam gerit.

gerit, ut præstò sint eis potentibus sacerdotes, quibus possint crimina fate-
ri, ne sine sacramentis Pœnitentiæ, &
Eucharistiæ animam exhalent. omnia
denique eius officij prouisionem expe-
ctant, quæ sacerdotum ministerio per-
ficiuntur, his tamen exceptis, quæ pro-
hibita nominatim sunt: quare ad eum
spectabit fontium benedictio, infirmo-
rum sacro oleo perunctio, Pœnitentis
ægri consulto prius Episcopo reconciliatio.
idem cæteris sacerdotibus pœni-
tentiam iniunget, horas dicendis offi-
cijs partietur, sacrisque diebus, & præ-
fertim Deo dicatis, aut ipse missam so-
lennem dicet, aut alij hoc munus dele-
gabit. ité Christianis efficiendis, infan-
tibus baptizandis, & ad succurrendum
nihil à sacerdotibus sine Archipresby-
teri fiet præcepto.

Archipresbyteri vero officiū illius,
qui municipia aut rura colat, & regat
(qui & Decanus dicitur) est curam ha-
bere laicorum, & presbyterorum, qui
ecclesias minores Archipresbyteratui
subiectas, administrant: grauiaque de-
licta, si quæ inciderint, Episcopo signi-
ficare, nihil tamen audeat sibi arrogare
contra ea, quæ ab Episcopo fuerint de-
gerit.

D s creta.

82 INSTIT. IVR. CANO.

a c. i. e^o to creta. Est tamen sciendum quod tam
to titulo. Archipresbyter, quām vrbanus parē
b c. i. de Archidiacono. a Et vtrumque Presby
eta. & qua terum esse oportet. b
lita.

De officio primicerij, seu cantoris.

Tit. XVIII.

Primicerius, qui & alio vocabulo
quibusdam appellatur, Cantor se-
Præcentor, Archidiacono subest, quā
admodum etiam Archipresbyter: cu-
ramque hanc præcipuam gerit, vt Dia-
conis docendis, reliquisque gradibus
& ordinibus ecclesiasticis incumbat;
iuxta consuetudinem Diaconis præ-
scribat lectiones, quæ ad nocturna offi-
cia clericorum pertinent. a Eiusdem el-
præfigere, qua hora signum campan-
peluis tinnitu officijs celebrandis dari
debeat, & in eis per clericos munia di-
uidere. Item ordinem & modū canen-
di in choro præfigere, pro solennitate,
& tempore. & si qua re basilicis sarcien-
dis opus esse viderit, sacerdotem mo-
nere. Ipse Epistolas Episcopi pro die-
bus iejuniorum sacerdotibus parochis
per ostiarios redi curabit: clericos,
quorū errores cognouerit, idem coer-
cabit. quos verò ipse coercere non va-
lebit,

a c. vnic
eo. titu.

lebit, eorum commissa Episcopo reteget. Basilicarum ipse ponet custodes, & tabulam (quam matriculam vocant) b c perles ipse disponet. eo autem absente hæc *etis. §. ad* curabit, qui illi lege, vel eruditione *primiceriū*. proximus fuerit. b

xxv. dist.

De Officio Sacristæ, & Custodis.

Tit. XIX.

SAcrista, seu (quod idem est) Thesaurarius, sacra vasa, ecclesiasticas vestes, & totum ecclesiasticum thesaurum quæque ad luminaria, seu cera, seu oleo madentia, pertinent, cu- a d. c. pera stodire tenetur. a ipse ostiarium Basili- lectis. §. ad carum constituit: thus incendendum thesaura- præparat, curam chrismatis suscipit riū c. i. ex- conficiendi, & baptisterij instruendi, tra eodem. & luminarium in sacrario, & sacrifi- cijs præparandorum. b subest autem b d. c. ad (vt suprà diximus) Archidiacono. Cu- primiceriū. stos verò ecclesiæ is dicitur, cui ea, quæ ecclesiæ competunt, custodienda traduntur. &, cum multa ad eum spectent, quæ ex sacristæ officio iuxta diuersam consuetudinem videntur esse, inferior tamen custos est Sacrista. Et hæc propria ipsius sunt mu- nera, vt horarum canonistarum signa

D 6 det

84 INSTIT. IVR. CANO.

det tintinnabulorum pulsatione Archidiacono iubente, cui cum subsit, in omnibus parere tenetur. Palia, vel linteum altaris, omniaque Ecclesiæ utensilia perpetua custodia seruare debet accendendis, vel extinguedis lampibus vigilem se præbere, ne aut supermodum ardentes nimium olei absument, aut minus illucētes obscuriores ecclesiam relinquant. Diligenter etiam curet, ne thuris vñquam sit inopia; que ut panis & vini ad missæ sacrificiū omni tempore copia suppetat, omnesque oblationes, & eleemosinas, seu decimas Archidiacono cōsentiente (dum Episcopus abest) fratribus diuidat.

At si his exequendis custos minus vigilem se præstiterit, erit ab Archidiacono obiurgandus, ut se vltro ipse corrigeret velit, sin nihil Archidiaconi castigatio profuerit, Episcopus ab Archidiacono monitus, alio in locum eius substituto eum exturbabit.

Hi ergo tres, de quibus proxime diximus, triumviri sunt, quibus tanquam tribus validissimis columnis fulcitur ecclesia, ipsiusque nititur salus. Archidiaconus, Archipresbyter, & Custos. Quare nemo nisi optimus, idemq; vigilan-

gilantissimus ad hæc officia est admit-
tendus, ne qua negligentia, aut soccor k **Tot. si.**
dia in Dei Ecclesia notari possit. k **extra. eo.**

De officio Vtriusq; Vicarij.

Tit. XX.

CVm frequenter eueniat Clericos
necessarijs causis impeditos non
posse officijs suis, tam in diuinis cele-
brandis ministerijs, quam in iure dicen-
do supereſſe: Idcirco permittūt leges,
vt, cum id euenit, liceat eis aliorū ope-
ra vti, & sibi legere viros idoneos, qui-
bus tuto possint vices suas mandare,
quos propterea vicarios appellant.

Hi vero (vt diximus) vel ad diuina
ministeria celebranda constituuntur, a **glos. in**
vel ad Iurisdictionem exercendam. a **Rub. co. tit.**
nam & si parocham ecclesiam haben-
tes non per vicarium, sed per seipſos il-
li deseruire teneantur in ordine, quem
ipſius Ecclesiæ qualitas requirit: tamen
quia fieri potest, vt parocha Ecclesia,
quam habent, dignitati, vel præbendæ
Ecclesiæ maioris sit annexa: id vbi ac-
cidit, licebit ei, qui talē habuerit præ-
bendam, vel dignitatem (cum eximiam
eam habere debeat, & oporteat in pri-
mis maioris Ecclesiæ deseruire) vicariū

D 7 perpe-

86 INSTIT. IVR. CANO.

perpetuum in parrocha Ecclesia subſi-
tuere, qui ex illius Ecclesiæ redditibus
cōgruam portionem hoc nomine per-
cipiet. b Siue igitur hac cauſa, ſeu alia
panda. ſ. quis excuſetur, quominus teneatur ip-
ſe beneficio deſeruire, huius officium
vicarius ſupplebit, Epifcopi tamē con-
ſensus exigitur in hoc vicario conſi-
tuendo: quo adhibito, neque per ip-
ſum Rectorem dominum, neque per
ſuccelforem eius poterit amoueri, por-
tione ſua defraudari, niſi aliqua cul-
pa id meritus fuerit.

Idem pluribus Ecclesijs vicarius per-
petuus eodē tempore eſſe nō potest.
Et qui dum alicuius eſſet vicarius per-
petuus in diuinis, beneficium curatum
poſtea eſt adeptus, amplius Vicarius
eſſe non permittetur. d Atq; vt Vicarij
perpetui in Ecclesijs, quarum Vicarij
ſunt, reſideant, & ſe in presbyteros (vt
eorum cura exigit) faciant promoue-
ri, per subtractionem prouentuum, aut
vicariatum compelluntur. e

Sed & Clem. V. conſtituit, vt in hu-
ijsmodi Vicariatibus perpetuis ea ob-
ſeruentur, quæ de Ecclesijs curam ani-
marum habentibus, agnitione aliarum
amittendis, ac de ipsarum Rectoribus

pro-

b c. extir-
panda. ſ.
quia vero.
de præb.

c c. ii. ex-
tra eod.

d c. pen.
extra.

e c. cleris
eos extra
eo.

promouendis ad Sacerdotium, de quæ
eorum ætate à iure statuta esse noscun-
tur. f Clerici in presbyteratu, vel in alijs
inferioribus ordinibus cōstituti, in Vi-
cariatib⁹ Ecclesiarū, quos adepti sunt,
alijs sibi substituere non possunt. g g c. cleris
cōstituuntur. Pauca etiam dicamus

de his qui subrogantur in iurisdictio- h glo. cle.
ne, qui etiam quandoque officiales, ii. ver. officia
quandoque missi dominici appellan- ciales. de
tur. h & quorum creditur ordinarium rescrip.
esse officium. i Vicarius autem Summi i glo. c. ii.
Pontificis quem in vrbe relinquit, sciat eo. hoc titu.
iurisdictionem suam extra vrbem non in vi.
protendi. k Quamuis in officiale k c. pen.
Episcopi per officium generaliter ipsi extra eo.
traditum causarum cognitio transfe-
ratur, potestatem tamen inquirendi, l c. ii. in
corrigendi, aut delicta vlciscendi, seu vi.
aliquos à suis beneficijs, vel admini- m c. fin. in
strationibus amouendi, transferri ne- vi.
mo dixerit, nisi nominatim hæc quo- n c. cum
que tradita sint, l neque beneficia con- nullus. §. i.
ferendi, m nec literas commendati- de temp. or-
tias ad ordines suscipiendos conce- din.
dendi. n Et postremo sciendum hu- o c. in nos
iusmodi Vicariam curam laico credi ua. xri.
non posse. o quest. viii.

De

88 INSTIT. IVR. CANO.
De Visitatione per Prælatos facien-
da. Tit. XXI.

Qui ad Præfecturas, & populorū
vel ecclesiarum regimina vocan-
sunt, excubare oportet, assidueq; ex-
plorare, quænam vitia animarum sib-
creditarum saluti officere videantur,
quæue res profuturæ sint, & illa provi-
ribus euellere conari, hæc impigrè pre-
stare, & sollicitè ministrare: Atque vi-
morbi confessim habita notitia prom-
ptius, & tutius ei manus medica adhi-
beri possit, propterea debent Episcopi
quolibet anno semel diœceses sua in-
uisere; sin valetudine impediantur,
quominus ipsi hoc officiū exequi pos-
sint, poterunt illud alij demandare.
**a c. decre-
simus c. epi-
scopum. x.
q. i.** Hæ vero erunt prælati partes, cum ec-
clesias suas inuisit, nempe, vt proposi-
to verbo Dei quærat de vita, & conuer-
satione ministrantium in ecclesijs, &
alijs locis diuino cultui addictis: & cū
de aliquibus lœuam famam esse ortam
viderit, ipsorum ordinarijs id notum
faciet, si iudicarit expedire, vt super
b c. i. §. fa- his solenniter inquirant: notoria vero
ne. de censi. crimina, quæ examinatione non egent,
in vi. vlcisci poterunt, **b**Prout debitque, vt, si
qua

qua fortè basilica destituta fuerit, resti- c d.c. de-
tuatur. c creuimus.

Visitandi autem potestatem habent d c procu-
Cardinales, legati, vel nuntij Aposto- rationes.de-
lici, d Patriarchæ, Archiepiscopi, Epis- censi.c.mā-
copi, Archidiaconi, Decani. hi tamen damus. vbi
duo postremi non suo, sed Episcopi no Ab. de offic.
mine visitant, nisi fortè longa consue- ordi.

tudine præscripferint ius suam paro- e Abb.c.cū.
chiam visitandi, & denique vnuſquis- apostolus.
que prælatus iurisdictionem habens, & iii.not.de
visitandi ius habet, e quod nulla præ- censib.
ſcriptione amittet. f f c. cum ex

Archiepiscopus vniuersam suā pro- officii.de-
uinciam arbitratu suo visitare potest, præscrip.
quamuis non sint eius suffraganei ne- g c. fi. & c.
gligentes, nec non visitationem iterare i. §. ex quo.
adhibito suffraganeorum consensu, & & §. seq. de
forma quadam seruata, & procuratio- censi. in vi.
nes, id est expensas à locis excussis ac-
cipere potest, dumque ita visitat, po-
test crimina ab his audire, qui suffra-
ganeis suis subditis sunt, eosq; soluere. g
Visitabit tamen in primis ecclesiæ suæ
capitulum, mox totam ciuitatem cum
dicelesi, maiores ecclesiæ, & minores
pariter exutiendo, item clericos & po-
pulum: si commodus ei ad singulas
ecclesiæ, tutusque accessus non fuerit,

ad

90 INSTIT. IVR. CANO.

ad aliquem locum commodum omnes
clericos, & laicos euocabit. post omnes
prouinciae suæ partes peragrabit suffi-
ganeos suos, eorumq; subditos, ecclæ-
siarum capitula, ecclesiæsque omnes,
monasteria, aliaque religioſa & pia lo-
ca, clerros, & populos pariter lustran-
do, & examinando: quod Innoc. III
quæadmodū, & multa alia in hoc pro-
positum summa ratione constituit. h

h c. i. de cen-
si. in vi.

i si. de sta-
tu mona.

k l. cons-
gruit. ff. de
offic. præsi.
Crau. conf.
ccxxxviii.
col. viii. in
fin.

Sunt tamen & quidam visitatores
generales, quos generale capitulū con-
stituit, qui superiorum visitatorum ve-
stigia diligenter inquirere tenentur,
eorumque crimina, & culpas futuro
generali Concilio referre. i

Laicis vero magistratibus, & si pro-
uincias peragrare congruat, id tamen
in vsu non est. k

De Procurationibus.

Titu. XXII.

Sed ne Prælatis hoc visitationis of-
ficium dispendio sit, si suis sumptu-
bus peregrinentur, congruæ expensæ
eis subministrandæ sunt ab ecclæsijs, ad
quas visendas accesserint, quas expen-
sas procurationes appellant: à quarum
solutione nulla præscriptio excusat, &

si ab

NO.

omni-

omni-

it suffi-

eccl-

omnes

pia lo-

ustran-

c. III

de pro-

uit. h-

zatores

lū con-

um ve-

entur,

futuro

si pro-

zamen

uis of-

empti-

enfa-

js, ad-

pen-

arum

at, &

si ab-

LIBER PRIMVS. 91

si ab illis excusare possit, quæ vel insti- a c. acce-
tutionis, vel cōsuetudinis iure pendun dentes, vbi
tur. a Procurationes autem prædictas glo. fi. & c.
nemo ante perfectam visitationem im- cum ex offi-
punè percipiet. b cii. de præ-

Et cum Innoc. III I. prohibuisset in scrip.

pecunia numerata procurationes sol- b c. ii. de
ui, Bonifacius tamen VIII I. moderatus censi. in 6.

est, vt ab inuitis quidem, (quod & ab
Inno. statutum fuerat) pecunia pro his
alimentis exigi non possit, à volenti-
bus autem, & vtrò offerentibus pecu-
niæ loco alimentorum accipiendi po-
testatem facit: adiiciens ne vna & ea- c c. fælicis
dem die præter vnam procurationem de censib.
accipere quis possit, tametsi ea die plu- in vi.
ra loca inuisisset, quæ singula integris d c. cum
procuratiōibus dandi soluēdo essent. c Apostolus.

Sed & ne procurationes hæ immo- in prin. de
deratæ darentur, plura emanarūt Pon- censi. c. i. §.
tificum Decreta statuentia, quid vnuſ- procuratio-
quisq; Prælatus habita personæ & di- nes. eo. tit.
gnitatis omniumq; cautionum ratio- in vi. c. vni-
ne accipere possit. d co. in extra
IN- uag.

